





1670.

1. Coch, Gerhardus: De bonis impuberis arrogati et  
quarla bonorum arrogatoris ei debita.

1668.

1. Kohnen, Rauensas: De successione.

2. Schuen, Hermann: De matrimonio et morganaticam

1674.

1. Meierus, Hermann: De pene.

2. Meierus, Hermann: De charta blanca.

1676.

1. Norden, Nicolaus: De privilegiis immediatorum S. R. F.  
processum sustentatio nulo si austriac.

2. Schuen, Hermann: Monothelia Luther - Gunteriana  
glossata sive pars provincialis Particularis Transjordanie.

1679

1. Rheden, Johanna: De alienatione

1692.

1. Thien, Constantius: De paenitentia i[n] contractibus innovatis

1695

1. Hupidensius, Wilhelmus : De jure missatis

1702

1. Coccyas, Henricus : De jure excessu nonisima.

2. Hupidensius, Wilhelmus : De translatione iurium  
defuncti in haeredem 15 Sept. 1702 et 1758

1708

1. Rheden, Casparus, a : De jure handestario Bremeri

1711

1. Rheden, Casparus, a : De matrimonio conjugis altero  
conjugaliter vivente

1712

1. Rheden, Casparus, a : De cunctione specie rei operatae

1713.

1. Rheden, Casparus, a : De paena cogitationum

2. Rheden, Casparus, a : De differentia bonorum mobilium et  
immobilium.

1713.

3. Rheden, Casparus, a!: De Caroli II ... Romanorum  
Imperatoris ... electione, coronatione et aliis,  
quae huc spectent.

1714.

1. Rheden, Casparus, a!: De exhortatione abique clavigo

2. Rheden, Casparus, a!: De lege Iulie miscella abrogata  
et demissi revocata

3. Rheden, Casparus, a!: De virginis vidua apudque farribus.







DISPUTATIO JURIDICA VALEDICTORIA  
DE

JURE CIRCA  
NOMINA,

QUAM

Summo Numine adstante  
Sub umbone

Viri Nobilissimi & Consultissimi

HENRICI COCCEJI,

J. U. D. & in illustri Bremensi Atheneo Ejusd. Facult. Profess. Ord.

Celeberrimi.

Publico eruditorum examini exhibet

FRANCISCUS MEYER,

Brema-Saxo

A. & R.

Ad diem Martis III. Oct. h. l. q. s.



BREMÆ,

Denuo recusa 1717.

ROT

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717

1717



VIRIS DOMINIS

*Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimo,  
Clarissimis,*

DN. WERNERO KOHNEN, U. J. D.  
Excellentissimo, Liberae S. R. I. CIVITATIS  
BREMENSIS Patriæ Senatori Amplissimo,  
Scholarchæ Vigilantisimo, Præfecto Arma-  
mentarii Spectatisimo, Avunculo Suo pluri-  
mum honorando.

DN. HERMANNO MEYERO, Lib. S. R. I.  
Bremæ Senatori Meritissimo, Spectatisimo,  
Parenti Suo debita filiali observantia devote  
prosequendo.

*Has Studiorum Primitias*

*Humillima Dedicatione*

*sacras facit*

*Ad omne obsequii genus*

*Devotissimus*

A U T O R.



## SECTIO I.

DE ANTIQUO MORE CONFICI-  
ENDI NOMINA.

S. I.



Um pertractandam hanc in me materiam susciperem, adeo in diversas partes agitatum cognovi animum, ut diu dubius haererem, cum nihil fere à Majoribus nostris intentatum esset relictum, num disputationi huic ope-  
ram consecrarem meam. Verebar enim, idem, quod ab aliis jam dictum prius, dicere, nec tamen interea quid dabatur quod indefessum Antiquitatis studium non jam exhaustisset penitus. Quid si enim uno saltem oculo tot operosa volumina, & ingentes in jus Romanum ad nos delatos commentarios perlustres, quid invenires in quo industriam tuam exsereres. Veruntamen, etiamsi nihil fere superstet enucleandum, religioni tamen duco, tam sicco pede, difficillimas, quæ hinc inde in jure suboriantur, quæstiones, præterire, quin, si non plus, saltem hoc agam, ut, quod in tot Voluminibus sparsim & indigestæ instar molis reperitur, unum in acervum mittam, quò, si non aliquid (cùm, quid in me ingenii sit quam exiguum facile sciam) de meo addere liceat.

A 2

*Exordium.*

bit,

DISPUTATIO JURIDICA

4 bit, exinde tamen celerius, quid hac de re cendum, innoteſcat.

2. Hanc autem tractandi mihi methodum proposui, ut quæ antiquissimo jure celebrata fuerit nominum obligatio prima ſectione præmittam, ſecunda perlustram, quare de jure Civili per terriūm obligatio non acquiratur, ſed ſi ſemel fuerit acquiſita obligatio, quare à contrahentis oſſibus ſeparari nequeat, quique exinde reſultent effectus. Tertia denique ſectione ea ſequar vestigia, quæ Imp. Noster in lib. 2. Tit. 1. & 2. J. aperit, ubi res alias in bonis, alias extra bona eſſe afferit, alias mobiles alias immobiles corporales alias, alias incorpo- rales depraedicat, quæque harum ſpecies nominibus con- Tractandi veniant, dilucidabimus. His jam poſitis tanquam fun- methodus damentis, reliqua circa hanc materiam obſervanda jura, (quomodo uſucpiantur, poſideantur oppignerentur & quæ alia) commode ſuperſtruī poterunt, quippe fere nihil hac de re dici poſt, quin has diſtinctio- nes, tanquam originem ſuam reſpiciat, & exinde ſuccum quaſi & ſanguinem deſideret.

Quomodo ex Veterum ICtorum commentariis Theophilus apud veteres nomi- lo, ſic apud Veteres fieri ſolita, ut is, qui rem ali- num anti- quam emtionis, locationis ſtipulationis, aut ſimili quo- quiffima obligatio viſ titulo habebat obligatam, majoris ſecuritatis gratia, tabulas, quibus debitorem ad per ſcribendam debiti ſeu nominis quantitatē, & cauſam veterem hac intentioneurgebat, proferret ut omiſſā Veteris obligationis cauſā, commodior ſuccederet ex literarum ſubſignatione ci- vilis debiti perfecutio. Verum, num Theophilus hāc deſcriptione veterem nominum obligationem, cuius clariorem nobis lucem Seneca & alii probatae fidei Viri, ſubministrant, intelligi velit, non pauci ſunt, qui merito dubi-

DE JURE CIRCA NOMINA.

5

dubitant. Prætermittit namque Theophilus id, quod Seneca refert, pararios aut mensæ argentariæ exercitores hisce literis vel tabulis scribendis fuisse adhibitos. Sic enim inquit Seneca de benef. l. 2. *Quidam nolunt nomina secum fieri nec interponi pararios, nec signatores advocari, nec chirographum dari.* Et lib. 3. c. 15. ubi reprehensurus inductos depravati mundi mores, quod plus annulis & impressis signis, quam æquum coleti animo credatur, in hæc verba erumpit. *O turpem humano generi fraudis ac nequitie publicæ confessionem! ille ab utraque parte testes adhibet, hic per tabulas plurium nomina interpositis parariis facit, alter interrogatione non est contentus nisi rerum manu teneat.* Doctissimus Rævardus ejus est sententia, ut interrogationem à parte Creditoris intervenisse sibi persuadeat, ita; *Centum aureos, quos mibi ex causa mutui debes.* Tu mibi ex conventione literarum tuarum dabis? ad quod debtor respondet. Dabo. Et pro verbis *reum manu teneat legendum esse rem manu teneat.* Quanquam autem in aliis editionibus, quas inter & mea, legatur *reum*, ac insuper Theophili corruat sententia, quippe qui tantum de scribendo, non de interrogando memorat eum, quem Creditor literarum obligatione obstrictum habere cupiebat, non tamen inficias irem, commode hanc vocis permutationem admitti posse, cum Rævardus per *rem tabulas* intelligat *obsignatas*, ut itaque hæc esset intentio Senecæ: *Ille non est interrogatione contentus, id est, Creditori non satis est, debitorem suum interrogasse, nisi rem, hoc est, obsignatas tabulas, manus sua teneat, siquidem illæ ab ipso Creditore communiter servari ac custodiri solebant.*

4. His porro tabulis solennia interrogationis Creditoris & responsionis debitoris verba continentibus, certis verbis certisque formulis transcribendis, adjecto-

A 3

loco,

loco, die, Consule l. 4. pr. ff. de ed. adhibebantur pararii, vel mediatores, uti eos Cœlius Rhodig. Ant. leet. lib. 11.

*Quinam  
præsentes  
fuerint,  
eiusmodi  
celebranda* c. 10. Apuleji verbo utens, nuncupat, aut librarii, quo sub nomine apud Scævolam veniunt: *Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset, nihil nocere quo mi-  
obligationi nus & reus & fidejussor teneatur.* Ii accipiebant pecuniam, & per partes erogabant, quarum probatio scripturâ Codicibusque eorum continebatur, & frequentissime ad fidem eorum decurrebatur l. 9. ff. §. 2. de edendo. Ad hæc iis, quorum intererat rationes, i. e. uti Ulpianus l. 6. §. 3. ff. eod. dandi, accipiendi, credendi, obligandi, solvendi sui causa negoriationem reddere tenebantur. l. 10. pr. eod. eorum officium ac ministerium publicam habebat causam, ibid. & Nov. 136. Uno verbo pararii, aut mensæ argentariæ exercitores mensas cum ære in foro positas habebant, pecuniam accipiebant, vel sibi creditam sub usuris, vel apud se simpliciter depositam, veluti, si qui peregre prefecturi erant, quam vel ei redherent, à quo eam acceperant, vel alii prout inter eos convenerat, vel ipsi etiam pro aliis te soluturos recipiebant, horum denique omnium rationes conficiebant, quas tam iis qui cum ipsis contraxerant, quam aliis quorum intererat, edere tenebantur. l. 4 §. 1. l. 10. §. 1. ff. de edendo.

5. Cæterum Seneca, signatorum adhuc & testium facit mentionem, eosque à supra memoratis parariis sequuntur: *nec, inquit, interponi pararios, nec signatores advo-  
cari.* Et Plautus in Aulularia numerum addit testium:

*Hoc ulte-  
rius demon-  
stratur.*

*Nostra etas non multum fidei gerit.  
Tabulae notantur, adiunt testes duodecim  
Tempus locumque scribit Actuarius,  
Tamen invenitur Rhetor, qui factum neget.*

Quod magis est, Seneca l. 3. c. 15. Viros eos ornatos de-  
præ-

prædicat: *In quid verba sunt Senecæ, Viri isti ornati adhibiti sunt, in quid imprimunt signa? nempe ne ille neget accepisse se, quod accepit.* Per hos qui-nam indigitentur, maxima inter literatos est quæstio. Nec dicere pararios & tabellarios eo nomine venire posse, quin potius eorum, qui Equites hos Romanos fuissent sustinent, partes amplectenter. Quanquam enim id ex Seneca, qui Viros tantum ornatos requirit, deduci non possit, hinc tamen non inconcinnè derivari potest, quod Equites haberent jus aureorum annulo-rum, & quod Prætor Equites aliquot certo nu-mero, qui in albo scribebantur, selectos habuerit olim, ex quibus in privatis causis unicuique liberum esset ali quem eligere, teste Seneca de benefic. l. 3. c. 7. & A. Gellio l. 14. c. 2. Quapropter non adeo miror, Prætorem pri-vatis controversiis dirimendis, si Equites hos prætecit, eorum operam in subscribendis & obsignandis quoque chirographis petiisse, & merito eos esse, quos Seneca ornatos refert.

6. Quomodo autem signari hujusmodi tabulæ de-buerint, eleganter nobis tradit Paulus Sent. l. 5. tit. 25. Modus ob-signandi his verbis: *Amplissimus Ordo decrevit, eas tabulas, quæ pri-  
tabulas in  
blicam vel privatam scripturam continent, adhibitis testibus quibus ob-  
ita signari, ut in summa marginis, ad medianam partem, per ligatio con-  
forata tripli lino constringantur, atque impositæ supra linum tinebatur.  
ceræ signa imprimantur, ut extieriores scripturæ fidem interiori  
servent, aliæ tabulae prolatæ nihil habent momenti.* Fuisse hoc Senatus Consultum tempore Neronis factum, con-firmat Suetonii in Nerone c. 17. Autoritas: *Adversus fal-sarios tum primum repertum, ne tabulae, nisi pertusa ac ter lino per foramina trajecto obsignarentur, qui obsignandi modus solennitati quæ hic Bremæ in obligandis syngraphis adhibetur, proxime accedit.*

7. Et

8 DISPUTATIO JURIDICA

7. Et hæc erat ea nominum obligatio, quam jam retro ante illius ætatem in desuetudinem abiisse asserit Justinianus, à qua tamen non sejungenda est ea, quæ privatâ siebat Scripturâ, cum & hæc tempore jam Imperatoris Nostri desisset. Aliud siquidem erat, simpliciter ex tabulis constitutum habere debitorem, aliud ex tabulis obsignatis. Creditor enim cum debitorem ex conventione sibi haberet obligatum, in tabulas suas referebat, expensum id se tulisse ei, eumque ex causa crediti sibi quid debere, cuius nomen adscribebat. Ethas tabulas vel privatos patrisfamilias Codices Calendaria nuncupabant, & fere eadem fuere quæ nobis adversaria uti Cæl. Rhodig. Ant. lect. l. 12. c. 21. docet.

*Quæ Calen-*  
*daria fue* ria fere ac calendaria idem accipimus, quando & in iis singulorum mensium rationis referebantur. Præterea notandis tantum debitibus & rationibus ea fuisse adhibita Autor mihi est sæpius citatus Seneca qui lib. 1. c. 2. de Benef. ita ait. *Nemo beneficia in Calendario scribit, nec avarus exaudor in horam & diem appellat?* ubi J. Lipsius hæc addit: *Nomina, tituli debitorum, quia nempe in Codice vel Calendario adnotabant SCIO TOT HS. LUCIO TANTUM DEDI & l. 1. c. 1.* Non inquit, eligimus dignos, quibus tribuamus, sed nomina facturi, diligenter in patrimonium, & vasa debitorum inquirimus.

8. Antequam autem ad alia progrediamur, paucis adhuc, unde ita dicta fuerint Calendaria, delibabimus. Et quidem communis sententia Doctorum est, exinde derivatum hoc nomen, quod in Calendas singulas, usuras stipulari solerent veteres, & Calendas pecuniis foeneratiis, vel has Calendis adnotabant; quanquam non pauci sint, qui secus sentiant, nixi l. 89. §. 2. ff. de solut. & liber. ubi JCtus idibus septembribus solvi oportere intendit, & Autoritate Ciceronis in Cat. 4. idem

*Etymolo-*  
*gia Calen-*  
*dariorum.*

DE JURE CIRCA NOMINA:

idem affirmantis, indeque deducant, ipsis Calendis non posuisse pecuniam, aut stipulatos fuisse usuras Romanos, con sequenter nec inde Calendaria nuncupari posse. Verum neglectis aliorum Auroritatibus, unicum saltem iis dabo Horatium, levissimè quādā distinctione totam hanc controversiam dirimē tem: Sic enim Epop. 2. ait.

Omnem religit idibus pecuniam

Quārī Calendis ponere.

Id est, omnem congregavit pecuniam à debitoribus, eam exigens Idibus, id est, circa dimidiatum mensē, studerque iterum in fœnōre collocare sequentis mensis Calendis: Idibus quippe nomina exigebant Romani, Calendis autem exigebant & collocabant quemadmodum id nos Horatius Satyr. 6. l. 1. docet:

Ibant, inquiens, octōnis referentes idibus æra.

Merceadem (intellige usuras) aut nummos (sortem)

unde unde extircat.

Adde & placet l. 24. ff. de Constit. pec. & Civ. 20. ad Att. & 14. Epist. 20. In singulas autem Calendas ideo stipulabantur usuras, ut hac scilicet ratione usuræ duplum excederent, nam per partes solutæ usuræ supra duplum deberi poterant, l. 10. C. de U/uris. Quod tamen sublatum est tanquam nimis rigidum ab Imp. in Novellis 121. & 138. adde Cujacium ad has Novellas, eamque ob rem constituit menses, à Basilio id circa dictos fœneratores, menstruos exactores, ut hi essent loco stipulationum, & præterlapsō uno mense, statim, non accedente denuo nova stipulatione, usuræ peti possint, uti id apparet ex Lactantio, qui eos qui fœnorū pecuniam haberent expositam, dæmonibus comparat, quod recurrente luna, morbo comitali homines quosdam afflissent: & in comædis Aristophanis, quidam debitor

B

lunæ

lunæ optat carcerem & vincula, quod si nunquam redierit ea in orbem, nunquam sit debiturus.

*An debitur Calendarii quis possit compensare cum eo quod vici sim fiscus debet.*

9. Satis de his esset dictum; coronidis tamen loco, cùm Calendarii infra non amplius fiet mentio, duas adhuc subjungam quæstiones, an, si quis sit debitor ex Calendario, id est, si mutuam pecuniam publicam fænori à civitate acceperit, compensari id debitum cum alio liquido debito possit. De jure Veteri quanquam alia Reip. seu civitati debita compensationem *ex l.3.C.de compens.* admittant, tamen id negem, expresse id negante dicta lege, ubi ea, quæ Reip. te debere fateris, compensari jubet cum iis, quæ invicem ab ea Tibi debentur, nisi ex Calendario sis debitor: sed quid hodierno jure? Vir Eruditus Huberus, an hoc locum in omni credito fænebri civitatum inveniat, valde dubitat, rationem addens, quod non Calendariis amplius, sed propriis jam instrumentis singulæ crediti species continentur, & durum sit ære alieno mersas civitates à Creditoribus suis; quibus solvere non possunt, adhuc, quod ipsæ vicissim debent, exigere posse, ad hæc, id, quod de Calendario apud Veteres cautum, hoc ad fænebres pecunias, stipulationibus interpositis & traditis instrumentis contractas, non esse referendum. Non denearem tantæ Eruditionis Viro lapillum, cùm & maximi momenti sit media, quam affert ratio, si modo aliunde appareret, quare Calendaria instrumentis, quæ hodie parantur, sint postponenda, aut id, quod de Calendario sentiebant Romani, ad hodierna instrumenta non sit applicandum, cùm illa æque firma & valida ac hæc fuere, & exinde potius hæc æqualitas descendat, quod id in favorem Reipublicæ fuerit introductum. Compensationem adeoque & hodiernis moribus Creditori filci compensare volenti, denegari nullus dubito, cùm id

DE JURE CIRCA NOMINA.

id potius in gratiam Reipubl. quæ nec hodie cessat, sit  
constitutum, non vero ab infirmitate instrumentorum  
hodiernorum procedat.

10. Adhuc queritur: Legato Calendario, quid legato Ca-  
gatum censeatur? Tantum abest, ut debita in Codice Calendario  
hoc accepti & expensi contenta non subintelligantur, quid legato  
ut potius pecuniae in arca adhuc positae, modo Calendario  
dario destinatae, legata dicantur, ut ipse JCtus hoc in  
l. 64. ff. de leg. 3. decidit. Ego, inquiens, dignum illud ani-  
madversione existimabam, cum quis prestatari Calendarium  
alicui voluerit, utrumne nomina duntaxat debitorum prestatari  
voluisse, intelligendus est, an vero etiam pecuniam, si qua ab  
his exacta, eidem Calendario destinata fuerit, & magis puto,  
quemadmodum, si exactæ pecuniae, & rursus collocate essent,  
permutatio nominum non perimeret, vel minueret fideicom-  
missum, ita ipsæ quoque pecuniae, si Calendario sint destinatae,  
fideicommisso cedere debeant. Unde autem certiorari possi-  
mus, destinatam esse nominibus faciendis pecuniam,  
eadem lege demonstrat JCtus, dum mortis tempore  
in ea arca, ubi cautiones & instrumenta debitorum  
posita, inventam pecuniam numeratam, ad Calenda-  
rium referit.

SECTIO II.

PER QUEM ET CUI ACQUIRATUR  
OBLIGATIO NOMINUM ET QUINAM  
INDE EFFECTUS.

S. I.

**S**atis superque vidimus jam, quænam apud Vete-  
res celebrata fuerit nominum obligatio, operæ <sup>Ad quam</sup>  
jam pretium erit, ut recto pede alterum disputa <sup>juris specie-</sup>  
tionis membrum aggrediamur, quid juris scilicet sit <sup>en refe-</sup>  
<sup>circa renda no-</sup>  
<sup>mina.</sup>

## DISPUTATIO JURIDICA

72 circa constituta jam nomina. Et primo quidem obtutu  
enucleandam sese exhibet quæstio, quorū referenda  
nomina. Nec enim in jure personarum ullum iis lo-  
cum conciliabimus, nec ad actiones, eō, quod nomina  
ipsum nobis competens jus denotent, hæ verò juris il-  
lius persecutionem, ea commodè referri posse, mani-  
festum est, nec denique congruum videtur, cùm ea in  
jure & relatione quadam inter Debitorē & Creditoreū  
constitant, rei nomine venire posse, adeoque nec ad  
mediā partem juris, jus rerum puta, esse remittenda.  
Verū, cùm rei vocabulum Legislatori nostro non ac-  
cipiatur adeo latē, ut metaphysicis pro ente, nec ita  
strictè, ut physicis pro ipso rei corpore ejusque interna  
qualitate, sed pro omni eo, quod sub personarum &  
actionum vocabulo non venit, hominem tamen per,  
& propter se locupletiorem facere potest, nullum am-  
plius remanet dubium, quin vocabulum, *res*, juridicē  
vel civiliter sumtum, jura, per consequens nomina  
sub se complectatur uti apparet ex eo, quod JCtus l. 17.  
*ff. de hered. vel action. vend.* dicit: *Nomina sub conditione  
vendi possunt, ea enim NB. res est, que emi & venire potest.*

2. Quanquam verò vario sàpē sensu à Doctoribus,  
imò ab ipsis JCtis accipiatur nomen, ubi quidam ipsum  
debitum, idque ipsum quod in nomine est, subintelli-  
gunt, qualiter ii, qui quasi usumfructum nominis con-  
stituant, quique nomina in domino debitoris singunt,  
*Definitio  
nominum.* vide *S. ult. b. & sect. 3. S. 1.* alii illud cum actione, quæ ta-  
men toto Cœlo differunt, confundunt, strictissima tar-  
men ejus significatione ita definimus: *Quod sit jus quod  
sit jus quoddam, quo debitorem Creditor habet adstrictum ad  
præstandum id, quod ratione initæ conventionis debetur arg.*  
*pr. J. de oblig. quod κατ' ἔξοχον nomen dicitur, unde est,*  
*quod nomen personæ inhärere, & in ossibus contra-  
hen-*

hentis radicatum dicitur, id est, quod jus exigendi illi  
comperat, qui ipse contraxit, ut deinceps pluribus.

3. Sequeretur jam ulterius hodierna nominum  
constitutio, nisi prolixioris & magni hoc esset operis,  
ac generaliter sufficere nobis posset, quod, quocunque  
modo alterum ex suo facto nobis, sive stipulatione, sive  
syngrapha, sive chirographo, sive quacunque alia via  
habemus obligatum, eo ipso acquisita censeantur no-  
mina, id tamen, antequam ad alia provolemus, insi-  
tuti nostri exigit ratio, ut de eo, quod Imperator §. 4.  
§. de inuit. stip. dicit, nihil eum agere, qui alii, quam cujus  
juri subjectus est, stipulatur, adeoque obligationem per  
liberam personam tertio neutriquam acquiri & de effe-  
ctibus, qui exinde resultant, sumus solliciti. Exigere Tertio o-  
quidem dilectio proximi à nobis videtur & ipsa æquitas, bligatio-  
ut quantum possumus, alterius utilitatem promovea nem acqui-  
mus, quod fit alteri obligationem acquirendo, nec ver- rere neuti-  
geret id in præjudicium promittentis, quippe qui lu. quam pos-  
bens & volens sese obligat, attamen, cum maximè sumus.  
cautæ omni tempore fuerint in constituenta obliga-  
tione leges Romanæ, multisque in casibus libertatem  
à jure Nat: indeterminatæ relictam, determinaverint,  
denegando v. g. vim efficaciter obligandi nudo pacto,  
ne videlicet cives facile laberentur, varia dubia ac lites  
orirentur; si hoc quoque in casu certum modum se  
obstringendi constituerint, ut non aliter vis le obli-  
gandi firma adesset, nisi illius, qui conventionem cele-  
brat, interesset, cum è regione jus Naturæ efflagitet.  
modò acceptationem, vel consensum ejus, qui se per  
territum alii, vel alios per territum sibi vult devincire.  
Invente enim, inquit, Imperator. §. 18. §. de inuit. stip. sunt  
obligationes ad hoc, ut unusquisque acquirat sibi, quod sua-  
interest: aut initium obligationis à personis esset contra-

hentium, v. l. quæcunque 11. ff. de O. & A. Verba JCti, cum multum ad sententiam nostram conferant, non pigeat hic apponere: Quæcunque gerimus, cum ex nostra contractu originem trahunt, nisi ex nostra persona initium obligationis sumant, inanem nostrum actum efficiunt, & ideo neque stipulari, neque emere, vendere, contrabere ut alter suo nomine NB. recte agat, possumus. Imò quod magis est, nequidem per procuratorem, negotiorumve gestorem regulariter obligatio acquiritur, etiamsi is non sibi, sed Domino sit stipulatus, l. 1. vers. si igitur C. per quas pers. nobis acquir. l. 72 de procur. nisi ( $\alpha$ ) possessio nostro nomine fuerit acquisita, uti appareat ex d. l. 1. C. per quas pers. nob. acquir. & §. 5. f. eod. quia tum ministerium tantummodo corporis exhibuisse censetur Procurator, isque proprie possideat, cuius nomine possidetur, per l. 18. pr. de acq. poss. aut ( $\beta$ ) procurator dari stipulatus fuerit ex re Domini. l. 68. ff. de procur. aut ( $\gamma$ ) ille, qui alterius juri subiectus, stipulatus fuerit, quia non creditur velle, nisi quod placet imperantium voluntati, indeque ejus voluntas, cum voluntate eorum, quos superiores cognoscit, pro una habeatur, per l. 4. de R. J. vel denique cessio fuerit insecuta, & quæ aliae adhuc sunt exceptiones.

4. Quemadmodum autem illi tantum acquisitum censetur nomen, seu directum jus exigendi id à debito, quod in contractum deductum, qui ipsem contraxit, ita quoque nomen, seu obligatio in illo subsistit, imò in ipsis persona ita radicata est, ut ne quidem ille, *Nomen in contrahentis tantum persona subsistit,* in cuius commodum & damnum omne, quod geritur, vergit, actionem consequatur aliquam contra eum, qui cum illo, quem substituit, contraxit, quale elegans exemplum reperimus in l. 1. ff. de institutor. actione, ubi JCtus præponenti, adversus eum, qui cum institore contraxit,

xit, omnem actionem denegat, & vicissim, l. i. §. 18. ff.  
*de exerc. act.* exercenti navem, adversus eum, quem ma-  
gister sibi obligatum habet, nullam competere actionem  
afferit, nisi vel extra ordinem eum ex contractu magi-  
stri juvaverit Præses l. ead. aut rem suam aliter servare  
non possit, l. i. in fin. § l. 2. ff. *de infit. act.* tum enim ex æqui-  
tate, actionibus demum cesis, agere contra contrahen-  
tem poterit, Pichard, ad §. 2. f. *Quod cum eo, qui in alien.*  
*pot. num. 26. & l. 2. ff. de infit. act.* Rursus nec præponens,  
ex eadem ratione contrahenti cum institore ulla actione  
tenetur civili, nec alias necessere habuisset Prætor Institu-  
tiam actionem excogitare, nisi omnem agendi vim con-  
trahenti strictum jus Civile abstulisset, prout appetet ex  
verbis initialibus l. i. ff. *de infitor. act. aquum prætori visum*  
*est.* Nec obstat, quod actus agentium non operentur  
ultra eorum intentionem, at verò institorem non semet  
ipsum sed præponentem obligare voluisse. Nam quia  
liberi sunt homines, juris constitutione actiones directæ  
in ipsorum personis subsistunt, ipsique NB. durante offi-  
cio simul obligati censentur. l. i. §. 17. ff. *de exerc. act.* ubi  
*Electio nobis est,* dicit Ulpianus, *magistrum an exercitorem*  
*navis convenire velimus,* quamvis longè alia sit ratio in eo,  
qui juri nostro subjectus, si quippe filium. aut servum  
institorem constituimus, cùm in eorum persona subsi-  
stere actiones nequeant, sed potius nostro nomine con-  
trahere videantur, propterea & nobis actiones statim  
directæ acquiruntur per l. i. ff. *de infit. act.*

5. His itaque prævisis, ostibus scilicet contrahen-  
tium, infixas esse obligationes, non diu laborandū  
esse autumo in componendis iis, quæ in societate pri-  
mo intuitu mira videntur. Notissimum enim est, so-  
cietatem, vel esse universalem, vel singularem, illam  
iterum, vel simpliciter universalem, seu non distinctis

omni-

omnibus bonis à re particulari, hoc est, non facta men-  
 tione omnium bonorum, vel simpliciter omnium bo-  
 norum. In hac universalissima societate, quanquam  
 Nomina citra cesa-  
 fionem in-  
 socium quanquam  
 universa-  
 lem non  
 transiunt. omnes res, quæ coeuntur sunt, secundum l. i. s. i. ff.  
 pro Soc. continuò communicentur, imò tacita juxta l. 2.  
 eod. intervenire creditur traditio, nomina tamen, eri-  
 ambi bonis alio in loco annumerentur, ut sectione ter-  
 tia pluribus, cum reliquis bonis in socium non trans-  
 feruntur, sed expreſſe à l. 3. eod eximuntur. Hanc ut  
 quæſtionem dilucidemus, recurramus iterum oportet  
 ad ea, quæ ante jam diſta. Nam cùm nomina ita co-  
 hærent illi, qui ea ſibi comparavit, ut neutiquam ab  
 eo separari poſſint, non magis, quām anima à corpore,  
 ut Glossator ait in l. ſi quis ergo ff. de peculio, niſi ſolutio-  
 ne vera vel ficta ſeparentur, ſequitur, quod nec tacitè,  
 nec fiſtè, ad locum perveniant, indeque ſocius debi-  
 torem ſocii ex debito personali non poſſit convenire,  
 puta directâ actione, niſi actio ſit cefla. Gothofr. in d.  
 l. 3. Nam nomina, inquit, diſta lex 3. manent in ſuo ſtatu,  
 ſed actiones, intellige directas, invicem preſtantur; non  
 utiles, quippe, quæ nunquam ante contraſtam ſocie-  
 tam exſtiterunt, adeoque in ſtatu ſuo manere dici  
 non poſſunt. Et ſane, cùm ex donatione & legato,  
 uti ex ſ. 10. inſra videre eſt, utilis actio, nullo licet  
 mandato interveniente, indulgeatur, iniquiſimum eſ-  
 ſet, quando de bonis omnibus, in quibus & nomina,  
 communicatingis ſocii conveniunt, ne utiles quidem  
 actiones alteri ſociorum, abſque expreſſio mandato  
 competere.

6. Porrò exinde ſemet ipſo corruit dubium, quod  
 non minimum callidos legum perſcrutatores agitavit.  
 num ſcil. ſocii contrahentes cum aliis pro rata confe-  
 querentur actiones, an verò in ſolidum: Obligationes,  
 enim

enim, quia solummodo respiciunt contrahentem, eumque solummodo sequuntur, ea propter (a) si omnes simul socii contraxerunt, singulis quoque actio pro rata <sup>Socii an-</sup>  
societatis datur arg. l. 9. C. si certum petatur, per conse- <sup>iu solidum</sup>  
quens, socio uni id, quod ex contractu, pluribus cum <sup>an pro ra-</sup>  
sociis inito, debetur, non aliter solvi potest, seu, solvens <sup>ta conse-</sup>  
uni ex sociis, non liberabitur à reliquis, quam si conven- <sup>quantur</sup>  
tum, ut essent correi credendi Zæf. ad tit. pro socio n. 47. nes.  
§. 1. J. d. Duob. reis stip. (b) si verò unus ex sociis cum  
extraneo contraxit (a) proprio nomine, tum ex sèpius  
memorata ratione reliquis sociis nulla contra debitorem  
quæritur obligatio, etiamsi sint socii omnium bonorum, arg. l. 74. ff. pro socio, societatis tamen jucundo debitum postea venit communicandum, (b) societatis nomine si contraxerit, tum, vel tanquam institor  
communi negotiationi est præpositus, & idem obtinet,  
quod de præponente §. 4. diximus, ut scilicet soli contrahenti actio acquiratur, reliquis sociis, hic ut præponentibus consideratis, non nisi in subsidium, aut si fuerit cessa, arg. l. 1. ff. de inst. att. & l. 1. §. 18. de exerc. att. vel certæ negotiationi præpositus non est, & tum sibi soli acquireret obligationem Felic. de societ. n. 41.

7. Qua ratione etiam quæritur, quid juris ex chirographi præda, seu apprehensione acquiratur privato militi, aut per eum Principi belli: Non desunt, qui, statim ac chirographum occupatum, ipsum jus exigendi, seu nomen in occupantem transferunt, sententiamque suam ex §. 17. J. de acq. rer. dom. & ex Fuskechts-Be-  
stallung de anno 1570 art. 62. defendant: verba illius articuli hæc sunt: Was ein jeder in Schlachten/Stürmen Quid iurie  
oder sonst den Feind abgewinnet/ soll einen jeden nach acquirat  
Kriegs-Recht und Ordnung bleiben. Verùm posthabi- quis ex  
tis ablatione  
chirogra-  
phi.

tis iis, contrariantium partes sustinere non erubescimus: quanquam enim in d. §. 17. & art. 62. cui addatur l. 1. §. 1. ff. de acquir vel amitt. poss. res hostium, æque ac res nullius, occupanti cedere dicantur, longe alia tam en ratio militat in chirographo, alia quippe res occupationi sunt subiectæ, per eamque cedunt occupanti, secus chirographa. Chirographa namque duobus modis spectari possunt, materialiter, quatenus papyrus atque scripta sunt, quo pacto certo quidem loco continentur, ac commode occupantur, sed nihil operantur, Molin. cit. tract. 2. th. 205. n. 11. formaliter, quoad jura & actiones, quæ ex illis probantur, ac exigi possunt, ac hac ratione non sunt in loco, nec à quopiam occupari posunt arg. l. chirographis §. 57. ff. de admin. & peric. tut. ubi tabulis combustis, obligatio tamen quæ in ea est, dicitur non combusta. Priori casu quamvis occupentur, nihil tamen juris in occupantem redundat posteriori casu itidem nullum jus acquirit privatus miles, ac per eum Princeps belli, cum jura annexa sint personæ, quæ ea sibi comparavit, ac ne quidem ex ipsius voluntate, multo minus citra ipsius placitum plenè ab ea avelli possunt.

8. Sed quid statuendum de bellis, in quibus capti hostes in servitutem redigebantur? Itidem nec in eos, à quibus capti sunt, transire nomina suorum debitorum astero, cum jure belli iis nihil aliud acquiratur, quam dominium personarum non verò jura, ante captivitatem quæsira, ea namque tamdiu manebant in suspenso,

*Quid juris quia à persona separari non poterant l. 14. & l. 10. C. de post-competat lim. reversis. usque dum, vel in captivitate morerentur, hostibus in quo in casu ex fictione legis Corneliae eo tempore, quo nomina ca- captivitas, incipiebat mortui censabantur & nunquam ptivorum. capti, §. 5. f. qu. modis patria potestas solvit, vel ex servi- tute*

tute reverterentur, quo ipso, fictione postliminii, omnia pristina jura recipiebant, ac si nunquam in servitute fuissent. *d.s. f.J.* adeoque debitum ipsi exigebant, non ii, qui eos ceperant. Aliud obtinet, si Princeps civitatem expugnet, ille, cum omnium jurium & nominum, quæ ad debellatam civitatem perrinebant, fiat Dominus, univerfaliter succedit in omnia jura & actiones devictæ civitatis, proindeque in jus exigendi nomen succedit. Quid, si postea victa civitas expellat hostem? omnia sua jura recuperat, & quicquid medio tempore citra exactionem passa est, pronullo habetur, quasi non jure, sed per tyrannidem factum.

9. Non autem adeo stricte ea, quæ de nominum in ossibus contrahentis radicatione prolata, accipimus, ut quamvis ex ratione juris creditor nomen alienare non possit, hoc effectu, ut, actio, vel obligatio ad eum *Nomina*, modum transferatur, quo res corporales & quæ domini nostri sunt, à nobis transferuntur, nobis persuadea- *tamen*, transirent, nec actionibus inter vivos, nec ultima voluntate *in hæredem*, transferri ea in alios posse sed necessariò contrahenti & defuncto cohærere, ac cum eo interire. Nam, cum jus omne, & omnia bona, quæ mortis tempore in patrimonio fuere defuncti, in hæredem transeant, quid dubitemus adhuc, quin & obligationes viventi defuncto solum cohærentes ad successorem ejus universalem devolvantur? nec enim crediturus quis esset pecuniam, si nomen cum ipso in injuriam hæredum suorum extinctum iri cognosceret, & beati essent debitores, qui mortuo creditore ab obligatione liberarentur. Extra omnem ergo dubitationis aleam positum est, easdem actiones directas, quæ ossibus ante defuncti, ossibus jam hæredum inhærere.

10. Hinc jam nobilis ex surgit quæstio, quæ imperito  
C 2 *juris*

juris ac forte etiam perito, si Philosophiam juris non excutiat, merito absurdia videtur, quare scilicet nomina in judicium familie herciscundae non veniant. Cognitum enim est, plures si nominati fuerint haeredes familiæ herciscundæ judicium requiri, tenderéque ad id, ut haereditas communis dividatur & quilibet haeredum portionem ad se pertinentem ex communire sibi vindicet, l. 1. l. 22. §. 4. ff. famili. hercisc. jam verò, si meritis non minibus & obligationibus consisteret haereditas, non

*Nominata  
non veni-  
unt in ju-  
dicio fa-  
milie her-  
ciscundæ.*

admitteret lex l. C. famili. hercisc. ex eo, quod nomina & obligationes dividi non possint, hanc actionem. Sed respondeo, verum quidem, quod nec actio familie herciscundæ in judicio universalis, nec actio communis dividendo in judicio singulari nomini conveniat, modo dilucigemus, quam dicta lex affert rationem. Quid enim quæso commodius? quid usitatus, expeditiusque in haereditate dividenda, quam nomina sive obligationes & actiones occurrit? ut omni die res & usus docet, longe melius & facilius obligationes quam domos & fundos dividit? Exinde ergo ab hoc judicio non excluduntur, quod plane divisionem non recipiant, sed qoniam personis debitoris & creditoris, ut hic haeredum tenacissime inhærent, ea propter incorporalia ac individua dicuntur privativè, non negativè, quod nimirum non necessè sit, ut factum hominis aut judicis accedat, quo dividantur, nisi ad ordinem modumque exigendi, quia ipsa lex inter haeredes defunctum pariter representantes facit divisionem jurium, adeoque ipso jure per l. 6. l. famili. hercisc. jam sunt divisa.

11. Cum ergo lex ipsa partitionem in se suscepit, ac unicuique haeredum suam in obligationes partem assignaverit, eorumque personæ, quæ defuncto inhærebant nomina infixerit, hinc jam est, quod, etiam si haeredes inalterutrum cohæredem conenserint, qui id quod

quod defunctus debebat, solvendum in se susciperet, salvum tamen adhuc maneat creditoribus hæreditariis jus exigendi debitum ab omnibus hæredibus; *libera potestas, inquit Catus, l. 3. fam. herc. manet Creditoribus cum singulis experiundi*: nec creditori invito debitores se subducere queunt *l. 1. C. de nov. imò ipse cohæres ille qui nomen aliquod passivum, ut sic loquar, hæreditarium solus in se recepit, à Creditoribus quippe quibus sese non obstrinxit, vi conventionis illius inter cohæredes initæ, invitus ad solvendum adigi nequit, nisi procuratoriam qualitatem in se admiserit.* E contrario si nomen ali-

Nomina  
defuncti  
non uni  
hæredum  
sed omni-  
bus con-  
teneatur, nisi rursus vel (a) procuratorio nomine agat, junctim.  
d. l. 3. ff. famili. herc. tum enim vi clausulae procuratoriaæ, adherent.

quod activum, (quali sensu id semper accepimus, & quoque *x̄x̄vii* ita dicitur) alterutri cohæredum assignatum, isque contra debitorem agere velit, non audietur, sed à debitore exceptione submovebitur, quod non ipsi soli sed omnibus hæredibus pro rata solvere teneatur, nisi rursus vel (a) procuratorio nomine agat, *l. 4. eodem princ.* Tres exempli gratia sumus hæredes, tres sunt obligations: Divisis iis singulī unam capimus, Ego ex mea debitorem meum convenio: Respondet ille, ego tibi non soli debo sed cunctis hæredibus: Replico: Divisi mus inter nos, mihi cessit haec, quam Tu debes: Ille duplicat. Obligationes & nomina dividi non possunt, ipso jure non nisi tertiam partem Tibi debo, eam tibi solvam. Et habet rationem, opus enim est, ut cohæredes mei suas mihi partes cedant, quo illum pro mea quidem parte meo jure, pro cæteris partibus non jure divisionis, sed jure cessionis convenientiam.

C 3

12. Sed

## DISPUTATIO JURIDICA

12. Sed dicas, quod nōmina inhāreant jam personis hāredum, quæ antea in testatoris osib⁹ radicata, hoc non exinde venit, quod omne jus defuncti ad eos

Quia ex ratione hāredes teneantur debito-ribus hāreditatis. transferit, sed potius hāc vera ratio videtur, quod adeundo hāreditatem semet ipsos obstrinxerint hāredes adeoque ipsi contraxisse videantur. Regero, adiutor nem hāreditatis speciem quidem esse quasi contractus, non respectu debitorum ac creditorum hāreditatorum, dittatis. sed respectu legatariorum & fideicommissariorum. His enim ut consuleretur nova adesset oportebat obligatio, quippe defunctus ipse obligatus non erat §. s. de oblig. ex quasi contractu, nam cui quælo se obligaverat? per consequens nec hāres, nisi lex constituissest ut adeundo hāreditatem voluntatem defuncti agnoscere vide-retur hāres, & ad ejus implementum se obligasse, d. §. s. Illis autem sat cautum erat, cum defunctus iis non ex quasi, sed ex vero contractu esset obligatus, eodemque jure & ex eodem contractu ipsis quoq; obligatus successor, cum in universum jus succederet, & cum testatore pro una eademque persona reputaretur. l. II. de divers. temp. præscr. junct. l. 2. §. 2. de V.O.

13. Quoniam jam hāredes quoad obligationes ejusdem cum testatore sunt juris, implique directis actionibus utuntur, si tamen hāreditatem vendiderint rursus, in emtorem hāreditatis hāreditatem quidem & actiones utiles transferunt, non verò se ab obligationibus, ipsorum osib⁹ cohārentibus liberabunt. Quam vis enim emtori actionibus, non iis, quibus hāredes, sed cessis demum experiri contra debitores hāreditarios integrum sit, non tamen vicissim actiones creditorum hāreditariorum, item legatariorum invitus excipere tenetur, quia hāredem, qui adeundo hāreditatem cum legatarii quasi contraxit, & succedendo in jus defuncti Creditoribus se obstrinxit, istæ actiones tantum sequuntur,

Quamvis hāreditas iterum vendatur, nomina tamē in hāredum, osib⁹ radicata manent.

tur, nisi fiscus venditor existat, in cuius favorem constitutum, ut vacantium bonorum emtor ipse actiones suscipere teneatur per l. 41. de jure fisci l. 1. c. de hered. vel act. vendita.

14. Ne autem quis exinde deducat, quasi contrahenti solum maneant obligationes ejusque universalis successoris, non autem singulari aliquo titulo in alium transferri posit, demonstrabo, non solum ultima voluntate sed & actibus inter vivos alienari eaposte, quid. Nomina. restat. que juris nanciscantur ii, in quos devolvuntur: & pri- duntur. mò quidem de emtione; ubi merito dubites, num obligations quoque vendantur, cum tamen centum, verbi gratia, quos mihi Titius debet, pro eadem quantitate Sempronio si vendam, ad Sempronium nihil commodi perveniat, imo deteriorem potius suam reddat conditionem, cum multo melius & tutius sit, in arca pecuniam habere positam, quam in nominibus. Verum, cum nomina non solum sibi complectantur pecuniam & nummos, sed & res immobiles, ut res soli juxta l. 18. ff. de pignor. act. non sicut dubium, quo minus emtio venditio locum inveniret: Adhac saepius incertis creditum erat nominibus, quod vel intelligendum, de non expressa quantitate, vel de indefinito solutionis termino, quandocunque scilicet honeste & commode posset debitor, ut tum creditos nummos redderet, facile accideret, ut quis viliori pretio jus alterius sibi compararet, periculum subiens, an, & quando debitum sit nacturus. Nec enim nominum venditor aliud praestare tenebatur, quam veritatem nominis, non bonitatem, seu debitorem esse locupletem, per l. 4. ff. de hereditate vel actione vendita, aut, ut alio loco dicit Imperator: Emotor nominis de periculo in substantia, non in qualitate venditor tenetur, etiamsi tempore jam cessionis non esset solvendo,

l. 74.

DISPUTATIO JURIDICA

24

*l. 74. §. fin ff. de evict.* debitique qualitatem is, cui cessio facta, ignoraret arg. *ad. II.* Sibi namque imputet emtor, quod nomen ut idoneum recipiendo approbaverit, ac in conditionem debitoris diligentius haud inquisiverit, arg. *l. i. §. 11. de separat.* ubi Ictus non succurrit iis qui minus idoneos fidejussiores acceptarunt, *sed sibi.* inquit, *imputent, quod non melius sibi profexerit.* & rursus *l. 26. §. 2 ff. mandati bonum hunc nomen facere afferit,* qui debitorem, etiam minus solvendo, quem alter acceperat, delegat; modo non certæ summæ debitor sit dictus rum enim ad eam summam, quæ dicta est, praestari debet *l. 5. ff. de Evid.* secus, si incertæ, quia tunc præstatio nominis alicujus, aut si plane nullum subsit nomen, refusione quanti emtoris interest, liberabitur *l. ead.*

*l. 15. Aliquando tamen nomen idoneum aut interesse præstare tenetur venditor, (a) si de evictione eum in causum, quo debitor minus esset solvendo, aliter convenitum, l. 4. & 5. ff. de evict.* Nam pacta dant legem contractui *l. 23. de R. J.* aut (b) dolus subsit venditoris, ubi distinguimus, aut alter animum non habuit contrahendi, hujus autem dolo & calliditate adductus contraxit, idcirco, quoniam adest dolus causam dans contractui, commissus in contractu bonæ fidei, qualis hic est emtio venditio, meritò hic contractus ob pleniorum & exuberantiorum, quam bonæ fidei contractus requirunt sìdem redditur nullus, aut verò alter proprio motu ad contrahendum ductus, in ipsa emtione à venditore forte afferente idoneum debitorem, quem tales non esse sciebat, fraudulenter decipitur, & cum dolus incidens in contractibus bona fidei actionem pariat ex ipso contractu ad damnum fraude illatum resarcendum, *l. 9. ff. de dolo malo,* solummodo aget emtor ad id, quod dolo cedentis ex patrimonio suo abest *l. 74. §. 1. ff. de evict.* *§. l. 22. ff. solut. matr.* insuper (γ) ad interesse refundendum vel recupe-

Venditor  
quando bo-  
num tene-  
atur pra-  
stare no-  
men.

Recuperandum minus idoneum cessum nomen tenetur vendor, si emtot invincibili, vel saltem justo errore inductus, ut putaret debitorem, quod forte ab omnibus prodivite habeatur, solvendo esse, arg. l. i. §. 2. de ædilit. edit. denique (δ) si verum & bonaum nomen, aut simpliciter bonum promiserit, tum enim bonum requiritur nomen tempore contractus, nec officit postea defecisse arg. l. 96. de solut. Ultimò (ε) si marito nomen in dotem datum sit, quoniam mariti quidem in bonis est, in dominio tamen uxoris remanet. l. quamvis 75. ff. de jure dotium ejus periculo nomen non erit sed mulieris l. 49. ff. solut. matr.

16. Praterea cùm nihil inter sit debitoris (siquidem ille ad solvendum semel obligatus) cui debitum præster, & si forte ipsi competant exceptiones, opponendæ venit. ditori nominum, sive hæc sint facti, ut exceptiones solutio-<sup>Invito debitore fit</sup> nis, acceptilationis, compensationis, sive reales juris, v.g. nominum exceptiones rei judicatae, pacti, transactionis, jurisjuran-<sup>venditio</sup> di, non numeratae pecuniæ, metus, Macedoniani, & similes, eas obficere quoque possit emtori nominum, nullus dubito, quin invito quoque debitore ejusmodi obligatio-<sup>num</sup> venditio procedat ex l. 3. C. de hered. vel act. vend. & l. i. C. de novationibus, quod procedit, etiamsi nomina sub conditione vel in diem debeantur, hac modo attentâ distinctione, quam lex 14. ff. eod. subjungit, an obligatio pura vendatur sub conditione, an vero obligatio sub conditione (scilicet contracta, ut addit Fulgoſius) pure vendatur: Priori casu pura obligatio venditur, venditio tamen ipsa conditionalis est, ita, ut nec statim consistat, sed deficiente conditione nulla sit, existente vero, emti venditi actione, libere agi possit, posteriori vero casu obligatio conditionalis, pura vero venditio est: Illo ante eventum conditionis, quæ jus ipsius tam diu suspendet, emtor agere non potest, hoc casu, quam primum venditio

D

tum

## DISPUTATIO JURIDICA

tum est nomen, statim quoque competit emtori facultas agendi, non exigendi, cum debitoris obligatio adhuc ab eventu conditionis dependeat.

17. Venditis itaque nominibus, omne jus suum, quod ex ea causa ei competit, sive adversus ipsum reum, sive aduersus intercessores hujus debiti in eintorem transferre tenetur venditor, ei *Obligatio que actiones, quas habuit cedere, l. 23. ff. de hereditate venditoris vel actione vendita, praestare, l. 14. pr. eod. mandare, l. 2. C. de donationibus, quae synonima sunt.* Nam, quoniam nec pactis, nec stipulationibus, sed insequente demum traditione dominia rerum corporalium in aliquem devolvuntur, sic, si res incorporales, quales sunt nomina, alterius facere velis, ita ut exinde agere posfit, non ut dominium transferatur, cessio inequatur oportet, quod enim traditio est in rebus corporalibus illud in actionibus cessio, l. 3. C. de hereditate vel actione vendita: Imò nec eas modo actiones præstabit, quae ex ea causa ipsi aduersus reum dantur, sed etiam quae aliunde accesserunt, l. 23. & l. 14. ff. eod. ubi jubetur venditor, si filii familias nomina fuerint vendita, actiones, quas cum patre habet, etiam cedere.

18. Ex adverso emtoris jus consistit in eo, ut quam primum venditum nomen est cessum, statim actionem mandatam directam consequatur, eamque instituat ac exerceat, tanquam procurator in rem suam l. 8. C. de hereditate vendita & l. 9. C. de procuratoribus. Quamvis enim ejusmodi procuratorem suam gerere non ambigatur, quoniam tamen actiones ex alterius, scilicet contrahentis negotio proveniunt & contentio ex alterius persona bona fide sumitur, uti Iesus loqui amat d. l. ea propter, si quis exinde inferat, radicatas non esse in personis contrahentium actiones, non obtinebit, cum maximè sit di-

ver-

versum, propriam, & mandatam sibi actionem exercere.  
Præterea, & sine cessione seu mandato singulari proprio nomine utilibus actionibus experiri poterit emtor,  
ac in arbitrio ejus est positum, an velit istâ directâ ex <sup>Jus emtoris.</sup> mandato, an hâc utili suo nomine, uti l. 18. C. de legatis.

19. Quanquam autem aliâs, non subsecutâ cessione, utilèm dari actionem negent Doctores, nonnullosque <sup>Utilis actionis.</sup> tantum casus excipiunt, ubi non accedente demum cessione, ut si quis actionem <sup>sione trans-</sup> vendiderit, l. postquam 7. C. de hereditate l. ad. vend., legave- fetur.  
rit, l. ex legato 18. C. de leg. donaverit, l. illum 33. C. de dona-  
tionibus, si in dote l. 2. C. de O. & A. in solutum, l. 1. eod.,  
vel pignori, l. 20. ff. de pignor. Ex iistamen generaliter con-  
cludendum censeo, ex omni causâ, ex qua aliâs jure com-  
muni dominium transferri solet accidente traditione,  
actionem utilèm beneficio Imperatoris absque cessione  
competere, præterim jure novo, quo utilis actio ex  
causa quoque lucrativa concessa, uti in donato nomine l.  
33. C. de donationibus vidimus, multo magis in causis one-  
rosis, cum aliâs sâpius negotia forent inutilia, & com-  
mercia impedirentur, si in eum, cui nomen venditum,  
nihil ante transiret, quâm actio esset mandata, ut adeo-  
que, dum specialitatis ratio reddi non potest, nobis per-  
suadeamus, leges illas, quæ non nisi per cessionem vel  
mandatum actionem alicui competere ajunt, vel de jure  
veteri agere, vel de actionibus directis, ut l. 3. ff. pro socio.

20. Sed quæritur, an vendito nomine, principalis modo  
actio in emtorem transeat, an verò & accessoria, tanquam  
appendix & sequela, qualis est actio fidejussoria & hypo-  
thecaria, vel quod idem, an persecutio pignorum quoq;  
emtori competat, an verò speciali hæc indigeat cessione.  
Affirmarem quidem prius ex l. in solutum 6. cum l. seq. C. de  
Obl. & Alt. nisi dubitandi rationem l. emtori 6. ff. de heredit.

D 2

vel

*Cessa prin- vel act. vend. afferret, quippe, in qua dicitur, quod emto  
cipali an- accessoria  
quoque  
cessia intel- ligatur.*

*Si in solutum hæc verba addidisset, at te in rem tuam procura-  
torem fecit. Verum in promtu diluendæ hujus dubitatio-  
nis est medium quippe, uti thesi præcedenti actionem  
utilem citra præstatiorem singularem transferri affer-  
imus, ita hic quod Paulus jubet, in d. lege si in solutum  
præstari persecutionem pignoris, ad exercitium directæ  
actionis tantum est referendum, adeoq; ex sola emtione  
utilis, tam principalis, quam accessoria actio transfertur,  
modò eam tantum sub intelligas actionem, quæ tempore  
cessionis cedenti competit, non eam, quæ post cessionem  
demum, occasione principalis ogligationis cedenti  
acquisita: hæc enim non nisi novâ factâ præstatione tran-  
fit, nisi (a) aliud aetum, ut, si cedens omnes se actiones,  
quas hujus causæ nomine habet, vel habiturum se sperat,  
daturum, hoc actu declaraverit, quemadmodum id vi-  
dere est ex Trentacinquo lib. 2. Variar. refol. tit. de action.  
reolut. 5. num. 10. aut (b) lex, non præcedens conventio  
actionem principalem transmittat: Verbi gratia, fidei-  
commissario universali hæres nullas alias, ac hæredita-  
rias præstat actiones, id est, quæ à defuncto initium ca-  
pientes in hæreditate repertæ sunt, jam verò, si actio  
principalis esset hæreditaria, hypothecaria verò vel fide-  
jussoria non esset hæreditaria, tortæ, quod ab hærede  
longo post intervallo quæsita, pignoribus vel fidejussori-  
bus à debitoribus hæreditariis acceptis, illa quidem le-  
gis autoritate transferretur hæverò specialem hæredis  
præstationem requirenter l 73. ff. ad Sct. Trebell.*

*21. Quanquam verò ii, qui alias res, etiam nomina*

&

## DE JURE CIRCA NOMINA.

29

& actiones emere vendere possint, specialiter tamen quidam prohibentur, quo minus intuitu certarum perfonarum ea sibi comparare possint. Cum enim tutores saepe vel curatores adversus pupillos vel minores actiones inanes, infirmas & minus utiles viliprecio redimarent, vel etiam titulo lucrative sibi acquirerent, ac dein *Tutores & apochas*, quibus pupilli vel minores se defendere ac pe-*Curatores* curiam solutam probare potuissent, supprimerent, me-*nomina e-*rito Imperator ejusmodi cessiones, licet pro veris cau-*mere pro-*sis factæ, non tantum ipso jure irritas & nullas esse vo-*bibentur.*  
luit, sed tutoribus quoque & Curatoribus omnem ad-  
versus venditorem regressum denegavit, ito quod ma-  
gis totum hoc nomen lucro pupilli vel minoris cedere  
constituit, Nov. 72. c. quod si quis s. Licet enim ejusmodi  
cessiones antea valerent, non sit contra 12. ff. de rebus eo-  
rum, qui sunt sub tutela vel cura, recte tamen jure novis-  
fimo ex allata modo ratione ex prohibitæ, ita, ut si ante  
susceptam tutelam quis pupillum haberet obligatum,  
ad ejus tutelam sub amissione demum juris sui admittetur  
sin verò post susceptam tutelam studiō ejusmodi  
actionem contra minorem sibi acquisivisset, eam amitte-  
ret, secus, si citra ipsius factum: verbi gratia, si hæres  
esset à Creditore pupilli vel minoris constitutus, quo  
casu Curator adjungebatur, Nov. 72. o 2.

22. Nec enim inquitatem inde inferas, quod nomen  
non redeat advenditorem, sed pupillum illud lucrari;  
sibi enim imputent & cedens & cessionarius, quod  
transgressi fuerint legem, uti ex d. c. quod si quis s. di-  
lucide apparet, quippe, ubi dicitur: nisi hanc imposueri-  
mus penam, facilita erunt ea, que sunt malignitatis. Etsi Nomen à  
dicas, non turum esse pupillum in conscientia, qui <sup>tutore vel</sup>  
veri debiti solutionem denegat, eumque cum alterius <sup>curatore</sup>  
injuria locupletari. Nam volenti non sit injuria, cum <sup>emum lu-</sup>  
<sup>cro pupillæ</sup>  
vendi-  
se sit.

D 3

## DISPUTATIO JURIDICA

vendor sciverit, aut saltem scire debuerit, (cum jura  
quique scire præsumatur) non dari repetitionem ex  
eiusmodi cessione, ipse verò pupillus, qui legi morem  
geslit, jureque sibi concessio usus est, non potest dici  
peccasse, quemadmodum & filius familias exceptione  
Senatus consulti Macedoniani utens, eo, quod credi-  
tum non solvat, non poterit dici delinquisse. Quid usq;  
adeo Commentatores ad hanc Novellam, inter quos  
& Bartolus d. Nov. 72. n. 11. ejusmodi cessionem im-  
probant, ut minor id, quod exinde Curatori solvit,  
tanquam indebitum per errorem solutum condicere  
posit. Cum enim liberatus est ab obligatione pupillus  
autoritate legis, utraque obligatio & naturalis & civi-  
lis quoad effectum fuit sublata, atque ita solutum om-  
ni jure indebitum.

23. Nec verò tutorem modo & Curatorem hæc  
prohibitio concernit, sed & ampliata ea est adeo, ut  
qui tribus in Imperio concessis religionibus exemptus,  
ab emtione venditione nominum seu obligationum ex-  
cludatur: sic Judæi non possunt, vendere actionem  
contra Christianum competentem, sub poena amissio-  
nis Recessi Imp. de anno 1551. S. 79. Diesen zu begegnen/  
ubi ad finem. Es soll auch kein Christ hinfürter einen  
Juden seine action und Foderung gegen einen andern  
Christen abkauffen/ oder ein Jud als Schuldgläubiger  
einen andern Christen solche action und Foderung in ei-  
nen Weg cedren oder einigs Contrads weise zustellen  
bey Verlust derselben Foderung. Quod & confirmat

Judæus Ord. Imp. Polit. de anno 1577. tit. 20. S. Es soll auch kein  
non potest Christ Quid? quod magistratus super prohibita hujus-  
modi emtione instrumentum confiscare sub poena infamiae  
nomen contra Christum anno 1551. S. 80. Zu dem wollen und gebieten wir/ daß  
kein

kein Obrigkeit Notarii oder andere Schreiber diesen Contract, da ein Jud eines Christen Schulde einen andern Christen verkauft / stellen und versetzen soll: Wo aber einige Obrigkeit Notarii, oder ander solches übertreten / dieselbigen sollen ihrer Ehren und Aempler entsetzet seyn / sich deren nicht mehr zugebrauchen haben. Aber der andern Schreiber halben / so hier wieder handeln würden / befehlen wir hiermit den Obrigkeiten eines jeden Orts / daß sie mit den Thurm / Gefängniß oder ander gelegene Weg straffen.

24. Alii hic addunt, privilegiato non privilegiatum nomina vendere non posse, ne durior privilegio cessionarii reddatur conditio cessi debitoris, indeq; à Laico in Clericum prohibitam esse cessionem, Trentacingtit. de post. resol. 2. num. 5. verùm , cum cessionarius iis. Non privdem legibus, quibus cedens tenetur, sit alligatus, at- rilegiatus que ideo perinde judicium procedat, ac si reo res esset privilegi- cum eo, qui actionem cessit Cujac. lib. 10. Obs. c. 3. non ato nomi- video, ad quid hæc prohibitio: meritò enim, in ejusna vendere potest. modi cessione privilegium cessat, quod adeo amplian- dum censeo, ut ne quidem privilegium, quod vendi- toris personæ competuit, transeat in emtorem l. 68. de R. J. nisi aut actioni hoc beneficium cohæreat d. l. 68. exempli gratia, rei judicatae , instrumento guarenti- giato, Mesa lib. 1. c. 21. n. 1. quod Fr. lib. 1. resol. 14. n. 2. 3. item Mesa lib. 1. c. 20. n. ult. etiam de tacita hypotheca, v. g. doti annexa, affirmant: aut fiscus vendor exi- stat, quippe cuius privilegia , etiam personalia in no- minum emtores transferri possunt. l. f. C. de priv. ffs.

25. Porrò, quoniam, si quis judicii mutandi causa actionem alteri vendidisset, quô duriorem adversarii redderet causam, edicto de alienatione judicij mutandi causa facta reus adjuvabatur l. 1. pr. l. 3. pr. de alienatio-

*ne judicij mutandi causa facta, idcirco ex eadem ratione  
lege prohibitum est potentioribus jus suum vendere,  
quia, ut inquit Jurisconsultus l. 3. ff. de alienat. judic.  
mut. causa facta pares potentioribus esse non possumus,  
toto titulo Codicis ne liceat pontentioribus patrocinium litigan-  
tibus præstare vel actiones in se transferre.* Ac insuper ii,  
*Potentio- qui majori facultate pollebant, cogere debitores ad sol-  
ribus no- vendum poterant id, quod tamen viliori pretio, rebus  
men ven- fortunisq; debitorum inhiantes, sibi comparaverant:  
dere non quæ ratio fuit, qua commotus Imperator Anastasius  
licer. constituit, & Justinianus approbavit, ut is, cui vendita  
est actio, non plus possit exigere, quam ipse pretii no-  
mine Creditori exsolvit, l. 22. & seqq. C. mand. vel contra.  
reliquum vero cedat debitoris lucro, cuius in commo-  
dum lex ista lata, ut scilicet eam tantum quantitatem  
præstet, qua ipse Creditor fuit contentus arg. dd. II.  
verbis *hoc remedium debitoribus, quanquam alii, inter  
quos Berlich. part. I. dec. 35. n. 3. creditorem id, quod  
non exigere potuit cessionarius, exigere posse autu-  
ment, & Franzk. I. resol. 8. n. 10. cum Carpzovio re-  
fiduum fisco applicet.**

*26. Quemadmodum autem per emtionem vendi-  
tionem nomina ab alio in aliud transferuntur, ita qui-  
buslibet actibus inter vivos & quibuscumque titulis sibi  
comparare illa quis poterit, qui ad res, cum corpo-  
rales tum incorporales transmittendas apti & idonei,  
Quibusli- quales sunt datio in solutum, l. 6. si in solutum C. de Obl.  
bet actibus & act. transactio, ubi circa evictionem nominis trans-  
inter vivos actionis causa cessi idem obtinet, quod in emtione ven-  
alienari donatio l. 7. C. de revoc. don. l. penult. C. mand.  
potest no- quâ tamen occasione quæritur, si ob ingratitudinem  
men. revocata fuerit donatio, quia in tantum modo fieri po-  
test revocatio, quantum penes donatarium adhuc ex-  
statur,*

stat, quid obtineat in nominibus, si ea jam fuerint exacta? & idem affirmandum putem, quod Ictus d. l. 7. de filio, à quo, tanquam ingrato mater rem donatam revocat, asserit: ibi quippe dicitur, ea, quæ adhuc, matre pacifica, jure perfecta sunt, & ante inchoatum cæptumque jurgium vendita, donata, permutata, in dotem data, cæterisque causis legitimè alienata, minimè revocari, ita quoque tum demum licitam esse donatorum nominum revocationem, quam diu, aut nomen non fuit exactum, aut id, quod ratione donatæ obligationis consecutus est donatarius, penes eum adhuc exstat, secus, si pecuniâ exactâ alias sibi res comparaverit, aut quocunque modo alienaverit arg. d. l. 7.

27. Porro extra omne dubium est, nomen debitoris etiam in dotem dari posse marito, cui tum sine cessione actio utilis competit l. 2. C. de Obl. & ab. l. Mævia 49. ff. solut. matr. & jus ad rem, quamdiu nondum exegit debitum, censetur constitutum: Ubi non immerito queritur, an, si constante matrimonio non exegerit debitum, eo postmodum soluto, satisfaciat retrocedendo nomen, an verò teneatur ad restituendum id, quod in nomine fuit. Quod ut rite dignoscamus, attendenda hæc erit limitatio, num nomen æstimato in dotem datum sit, nec si marito Priori casu, etsi citra ejus culpam non exactum fuit nomen, tamen maritus solvet æstimationem, mari-<sup>nomen in a</sup><sub>dotem da-</sub>tus enim, qui æstimatæ res dotales accepit, eas emisse <sup>Quid juris</sup><sub>tum.</sub>

E,

in

DISPUTATIO JURIDICA

34

in mora fuerit exigendi, ratio est, quia maritus hoc casu ex eo solum tenetur, quod actionem habeat contra debitorem, quam retrocedendo utique satisficit, *arg. d. l. 10. pr. fin* verò in mora fuerit exigendi vel culpa, ejus erit periculum, nec retrocedendo liberatur, cum summa sit aequitatis, ut is potius ferat damnum, cuius aliqua culpa intercessit, ac ille, qui ab omni culpa immunis, adeoque aequa tenetur, ac si exegisset.

28. Hactenus de actibus inter vivos: sequuntur jam

*Transitio  
ab actibus.  
inter vivos.  
ad actus  
ultima vo-  
luntatis.*

modi, quibus ultima voluntate nomina transeunt. Et quidem quod titulum concernit universalem, de eo jam in §. 9. *& sequentibus* fuiimus solliciti, superest titulus singularis, scilicet legatum. Tripliciter autem legari dicitur nomen (1.) quando testator remittit legatario, quod ille debet, (2) quando testator suum debitum, quo legatario est obstrictus, legat & (3) quando quis id, quod sibi à tertio debetur, secundo legat. Quanquam autem tertia species propriè nominis nuncupetur legatum, quoniam tamenjus mihi competens, quod nihil aliud, quam ipsum nomen, in alterum transmitto vel potius remitto, omnes hīc inferere species non erit inconcinnum.

*De libera-  
tione le-  
gata.*

29. Et quidem quoad primam: hæc à Doctoribus speciali nomine insignitur, & dicitur legatum liberations, de quo olim dubitatum, num ejusmodi legatum valeat, uti innuit *l. 3. princ. ff. de liberatione legata. debitori liberationem posse legari NB jam certum est.* Ratio autem dubitandi hæc fuit, quod juxta *l. 10. ff. de legatis*, res propria legatario legari non posset, at verò, qui debitori ea, quæ sibi debentur, legat, rem propriam legare videatur, cum debitor eorum sit Dominus per *l. 1. ff. de liberatione legata*: Verum, cum legato hoc non contineatur ea ipsa res, quæ præstanta sive corpus debitum, sed po-

potius liberatio, sive remissio juris ad rem petendam  
 sibi competentis, quemadmodum ex *toto titulo ff. de libe-*  
*ratione legata* manifestè apparet, rectè, remoto obstante  
 dubio, ab Ulpiano dicitur procedere tale legatum. For-  
 ma autem ejus hæc est, ut vinculum obligationis, quo  
 legatarius testatori erat devinctus, remittatur *l. 3. §. 1.*  
*de liber leg.* id quod non tantum sit expressè, verb. g. si  
 damnet hæredem, ne petat *l. 2. eod.* vel ut liberet lega-  
 tarium *l. 19. eod.* sed etiam tacitè, uti si chirographum le-  
 get debitori *l. 3. §. 1. eod.* secus si pignus; pignoris quippe  
 remissio arguit remissionem oneris hypothecarii, non  
 ipsius debiti *l. 3. ff. de pactis.* nisi vel aliter conventum *d. l.*,  
 cum pacta dent legem contractui, aut testatoris volun-  
 tas appareat *l. 1. §. 1. ff. de lib. leg.* Nec est, quod dicas,  
 tum demum pignore legato debitum non contineri,  
 quum legatum per se utile est, si verò nihil intersit le-  
 gatarii nudum pignus recipiendo, præsumi testatorem  
 liberationem legare voluisse; etenim, quia communi-  
 ter in favorem hæredis, quem testator in tantum one-  
 rare noluisse, nisi de contrario constet, creditur, fit in-  
 terpretatio, adhæc non facile accidit, ut nihil commodi  
 ad eum perveniat, qui de re nexu pignoris jam soluta,  
 libere disponere potest, quæ ratio est, quæ in partes affir-  
 mantium me rapiat? nec ut cum Bartolo *arg. l. quæ habe-*  
*bat 101. ff. de leg. 13.* mihi singam distinctionem, num scili-  
 cet pignus par sit debito, nec ne illo casu, remissio pignore,  
 remissam quoque obligationem, non tamen hoc, cum  
 tamen in *d. l. qui habebat*, unde sententiam suam derivat,  
 res pignori obligata non fuerit legata debitori, (quod ta-  
 men hæc contendimus,) sed alicui extraneo relicta. Effe-  
 ctus hujus legati est non ejusmodi liberatio, quæ per so-  
 lutionem, aut acceptilationem contingit, sed quæ in e-  
 ventu exspectatur: Ipso jure, antequam ullum hæredis

E 2:

factum

factum accesserit, debitor manet obligatus, sed ab hærede conventus habet exceptionem doli l. 3. §. 2. ff. de lib. leg. aut ultrò hæredem compellere potest, ut per acceptilationem se liberet.

30. Diximus ad §. 28. legatum liberationis impropriè legarum nominis appellari, cùm potius remissio obligationis, vel dissolutio sit vinculi, quo mihi debitor erat obstrictus, quoniam tamen jus mihi competens, præprimis, si debitorem tanquam extraneum considerem, legatario remitto aut quasi lego, eapropter quodammodo adhuc convenit cum legato nominis, nec ab eo adeo alienum est, ac secunda, cuius in d. §. facta est mentione, species, quando scilicet testator suum debitum, quo

*Legatum proprii debiti.* legatario tenebatur, legat. Nomen enim, uti ex præ-

dentibus colligere licet, consistit in jure, quo creditor debitorem sibi habet obligatum, adeoq; à parte potius Creditoris est, quam debitoris, ac eapropter quisq; videt, legatum proprii debiti, sub legato nominis venire non posse, & consequenter ab opere hoc esse alienum, ut operæ premium non sit, diu enucleando tali legato inhærere, modo digito saltem, quod Doctores sæpius illud sub legato nominis comprehendant, attingamus, num tale legatum unquam valeat: Evidem liberationem, cùm legatario sit lucrosa, commodè legari, nullus dubito: Hoc verò in casu, si debitor creditori, quod debet, legat, inutile est legarum juxta §. 14. J. de legatis, nisi plus sit in legato, quam in debito §. eod. ut adeoque, quotiescunq; ulla ratione major utilitas redundat in creditorem, toties subsistat debitum creditori legatum, quæ utilitas vel major est ratione quantitatis, si pro centum ducenti legentur, vel actionis, si pro actione, quæ exceptione elidi poterat, alia actio, quæ nulla exceptione perimitur, substituatur: adhæc utile est tale legatum, ratione actionis, cùm Creditor seu legatarius

rius actionem consequatur hypothecariam in rebus defuncti l. 1. l. 2. c. commun. de leg. cui addatur §. 2. f. de legatis: vel denique ratione loci ac temporis, quippe, si id, quod in diem vel sub conditione debitum, pure legaverit testator, urile est legatum, inquit Imp. §. 14. f. de legatis propter representationem, id est, quia ex testamento praefentidie debetur. Repräsentare enim est ante diem aliquid praestare aut solvere, vel antequam aliiquid debeatur l. 1. §. 2. ff. de dote præleg. quæ locutio, non folis legislatoribus nostris propria, sed & aliis scriptoribus usitissima. Suetonius in Augusto cap. ult. Cic. epist. 14. ad famil. lib. 16. Dies promissorum adest, quem etiam repräsentabo, si adveniris, cui adstipulatur Seneca epist. ad Lucil. 95. Petis à me, ut id, quod in diem suum dixeram referri, repräsentem. Sic Curtius repräsentare consilium dixit pro ante diem exequi. Id adhuc notandum, quod, si debiti nullam mentionem fecerit debitor, nihilominus tamen certam pecuniæ summam creditori legaverit, per id legatum, non videatur debitum extinctum, sed utrumque, & debitum & legatum peti poterit: legatum enim definiente illud imperatore §. 1. f. de leg. est donatio quædam, à defuncto relicta: jam si donasse, non compensandi animo illud reliquissime creditur testator, cum, qui compensat, non donet arg. l. 1. ff. de compens. quod tamen restringunt Doctores, procedere id quidem in debito mere voluntario, quale est, quodcunque ex contractu vel factu hominis originem traxit l. 16. c. de legatis, non vero in debito necessario, quod nimis ex dispositione legis vel statuti debetur: quippe, ubi lex necessitatem præstandi imponit, in dubio testator id, quod in testamento reliquit, compensandi animo legasse præsumitur l. 22. §. 3. ff. solut. matr.

31. Pervenio ad tertiam speciem, quando testator,

E 3

id,

id, quod sibi debebatur, alteri legat, sive simpliciter, sive legando chirographum l. 14. §. 5. ff. de leg. i. quod nāt' ē cōxīv nominis dicitur legatum l. 44. §. 6. d. t. l. ex legato 18. l. de leg. quod ut valeat, verum debitum sub sit oportet, si enim nihil sub sit, vel si tertius mihi nihil debeat, nisi certa quantitas addita, legatum erit vitiosum, siquidem ad nihil aliud in legato nominis teneri hāredem manifestum est, quām, ut juxta §. 21. §. de legatis actiones, quae defuncto ad petendum nomen competebant, prāstet. d. §. & l. 44. §. 6. ff. de leg. i. at, ubi jam nullum adest debitum, ibi nec actio cedi, & con sequenter nec legatū valere potest l. 75. §. 1. de leg. i. nec apparet, quid, quantumq; fuerit legatum. Obstat quidem videtur §. 30. §. de leg. in qua Imperator falsā demonstratione (quia demonstratio plerumq; vice nominis fungitur. l. 34. pr. ff. de condit. & demonstr.) legatum non perimit afferit, sed respondeo, procedere id, nisi res, aut persona in demonstrata qualitate vel non extet, vel nos lateat l. 17. pr. & §. 1. ff. de condit. & demonstr. hīc verò latet, quid legatum fuerit. Sed instas, ignorari quidem, quid, quantumq; fuerit legatum, si defunctus simpliciter nōmen debitoris, qui tamen debitor non est, legaverit, non verò quod tamen prius affirmatum, si certa quantitas addita & eandem hīc, quae in §. 30. §. de leg. adducitur, rationem militare, per consequens hoc legatum valere debere. Satis operosum quidem foret invenire rationem quandam differentiæ, inter hunc & proxime præcedenti §. propositum casum, quippe, ubi quantitas addita facit, ut legatum valeat, non vero hīc, nisi ICrus ipse eam l. 75. §. 1. & 2. ff. de leg. i. subministraret, distinguendoque ibidem, inter falsam causam vel conditionem, & falsam demonstratiō nem, dubium hoc amoveret, quò lectorem remittit.

32. Quid juris obtineat legato nomine, ubi tamen nullum adest, nec adfuit nomen, fatis superq; ex §. præcede

cedenti innotescet, accedimus ergo ad eam quæstionem  
 ubi nomen tempore, quo legaretur, verum quidem  
 adesset, attamen postea ab ipso testatore fuerit exactum.  
 Nec dubium est, quin, si debitum à vivo testatore ex-  
 actum non fuerit, tum demum nominis legatum ef- <sup>Quid juris</sup>  
 fectum suum fortior, quia juxta Ulpianum l. si sic le- <sup>si legatum</sup>  
 gatum s. 2. de leg. 1. legatum, si post factum testamen- <sup>nomen à</sup>  
 tum testator pecuniam à debitore exegerit, extingui <sup>testatore</sup> fuit ex-  
 tur: adde s. 21. f. de leg. Cujus ratio est, quod testator <sup>stum.</sup>  
 exacto debito, quod legaverat, ademissum legatum videa-  
 tur, quemadmodum & ille, qui rem legatam postea  
 alienavit l. fideicommissa 11. s. 12. & 13. de leg. 3. Quan-  
 vis longè alia sit ratio eaque multo fortior in exacto no-  
 mine, ac in alienata re. Qundo enim testator rem  
 corporalem legatam alienat, res ipsa durat, legatumq;  
 consistere potest, licet res aliena sit facta, cùm verò no-  
 men exigit, ipsa debiti substantia extinguitur, hoc est,  
 illud ipsum quod legatum est, perimitur: nam, quid  
 desideraret legatarius actiones ab hærede sibi præstari,  
 quæ tamen nullæ supersunt d. l. fideicomm. s. 13. de lo-  
 gatis 3. ? Nec absimile est, quod legitimus l. 7. s. 4. de  
 liber. leg. legatum liberationis evanescere, si, dum vivit  
 testator, fuerit exactum, nec interest, qua ratione de-  
 bitum expiret, num solutum fuerit ultrò, quod debe-  
 batur, an acceptilatione debitor sit liberatus, utroque  
 namq; casu legatum perimitur l. 21. ff. de liber. legata.  
 quæ tamen ita accipiamus, ut limitatio, quam s. 12.  
 f. legatis fuggerit, hic addatur, ubi Imperator deberi  
 dicit id, quod legatum, etiamsi alienatum, modo ex  
 facti circumstantiis, de non admendo animo, eademq;  
 testatoris voluntate constet. Pono casum, si debitor  
 bona sua dilapidet, & ita ad inopiam vergat, ut metus  
 adsit, ne brevi post cessurus sit bonis suis, si tum no-  
 men

men fuerit petitum, exactumq; pecuniam pro deposito habuerit defunctus, quis dubitet, ejusmodi legatum aut fideicommissum, quasi non hac mente testator debitum petierit, ut legatum adimeret, peti posse? l. 11. §. 12. ff. de leg. 3. quo tamen casu nomen directo ab herede petet legatarius, nec enim ageret ad cedendas actiones, quæ liberato per solutionem debitore, nullæ amplius adlunt. Idem est, si debitor ultiro pecuniam obtulerit, & acceptram itidem pro deposito testator habuerit, tum enim legati vel fideicommissi petitionem superesse, quasi non mutata voluntate, videre est ex d. l. 11. §. 13. ff. de leg. 3. Quid verò, si ea necessitate coactus, quod non haberet, unde viveret, legatum nomen exegerit? rursus eandem rationem obtainere afferimus ex eo, quod in d. l. 11. §. 13. denuo addat Ulpianus hæc verba, & in deposito pecuniam habuisse: hæc enim, cum quodammodo accedit pecunia elocandi ergo destinatae, & hæc arg. l. 64. ff. de leg. 3. scenori expositæ pecunia comparetur, eapropter idem, ac si nomen non fuisset exactum, obtinet, secus, si pecunia petita ad compara nda alimenta jam fuerit erogata, aut in solutum alii data, vel etiam iūpliciter in solutum accepta arg. d. l. 11. §. 13. Hoc adhuc singulare est, quod in re corporali legata, & postea ex necessitate alienata, non præsummatur animus adimendi sed hæredi se à præstatione legati liberaturo, onus incumbat probandi, non, si ex libera voluntate, utpote, si res legata alii donata aut absque urgenti causa vendita l. 24. §. 1. de adimend. legat. hoc verò in casu cum nomen exigit testator, sive sponte, sive ex necessitate petierit, legatarius probabit, sibi è exactione non ademtum fuisse legatum V. Godofr. notas ad l. 11. §. 13. de leg. 3.

33. Sed quæritur, an ademtum vel revocatum  
cen-

DE JURE CIRCA NOMINA.

41

censeatur nomen, si testator ad repetendum debitum agere cæperit, & forte inter moras judicii, aut etiam post sententiam, nondum facta solutione decesserit. Diversi in eo ut plurimum sunt Doctores. Negantes sententiam suam confirmant ex l. 27. §. 3. ff. de Instr. Legatum nomen ac vel. instrum. leg. ubi hic casus proponitur: Liberto, quem si testator hæredem ex parte scripsit testator, legat fundum suum ad revocum instrumento, & his, quæ in eodem, cum more candum retur, essent: quia jam non dubitabatur, vinum in isto agere cæ- fundo cedere legatario, meritò quæsitum fuit, an, si perit. vivus id totum vendidisset testator, & partem tertiam pretii pro eo accepisset, ad emtum censeatur legatum? Et decidit Scævola vinum in dolis contentum, nihilominus ex causa præceptionis, ad libertum pertinere, ac legatum legatario manere integrum, exindeq; deducunt quod, quamdiu res adhuc est integra, tamdiu non ad emtum censeatur legatum, consequenter saluum remaneat nominis legatum. Sed hoc non obstante, meritò eorum partes sustineo, qui affirmativam amplectuntur: nec d. l. 27. hic contrarii quid sententiae nostræ infert: non enim hæc prorsus sunt similia, cum nuda venditio, quæ traditione nondum est consummata, quoad effectum ad emtionis, pro alienatione haberi non possit, ideo, quia traditio arbitrii venditoris est, qui, quamdiu dominium rei venditæ retinuit, quod tamen illico traditione transferre potuisset, non creditur seriam voluntatem ad imendi legatum habuisse, ex adverso, dum testator nomen exigere, & cā exactione legatum admirare voluit. penes eum non stetit, quò magis ad emtionem perficeret & consummaret, sed ex culpa debitoris vel judicis descendit, adeoque non iniquum, ut cæpta ejus exactio pro completa reputetur, ad hæc, quod moras nequit in solvendo debitor, aut judex sen-

F

ten-

## DISPUTATIO JURIDICA

tentiam differat, hoc legatario non debet prodesse. Cæterum solutio vel peremtio debiti, quæ post mortem accidit, non tollit legatum, cum dies legati statim cedat à morte testatoris l. 5. §. 1. Quæ dies leg. cod. non obstante l. 24. de lib. leg. quæ lex non de jure novo sed veteri agit, ubi dies ab apertis denuo tabulis, non à morte testatoris cedebar, l. un. §. 1. C. de caducis tollendis.

34. Quemadmodum verò, si aliae res legatae fuerint, eæ non sola legatae censentur, sed etiam earum accessio-

*Nomine la-* nes juxta l. 44. §. 4. de leg. 3., sive ex natura rei l. 39. de usu-  
*gato legateris*, sive ex facto testatoris accedant d. l. 44. §. 4. d. leg. 3.  
*quoque* itaque si nomina à testatore relicta, sola præstatione eo-  
*censentur* rum hæres se non liberabit, quippe, cùm usura sit certa  
*usura eti-* quantitas, sorti principali accedens, præstanda in re ejus-  
*am vivo* dem generis l. 32. & l. f. C. de usuris, imò juxta Rod. de cen-  
*testatore* l. 3. q. 7. num. 99. cui adsistit Brunner. ad l. 34. ff. de usuris  
*currentes.* usuræ, præprimis in legatis fideicommissis & bona fidei  
*judiciis* vicem fructuum obtineant, sequitur, legato no-  
*mine*, legatas quoq; usuras, ratione ejus nominis natas  
*l. ult.* §. pen. ff. de lib. leg. Imò ne quidem hæ usuræ, quæ post  
*aditam* hæreditatem, forte ob moram hæredis venerunt,  
*tantum* pertinunt, verum illæ quoque, qua vivo testato-  
*recurrebant*, ut videre est ex l. 34. ff. de leg. 3.

35. Quamvis verò, vocem fructus strictè accipiendo, usuræ sub hoc nomine non veniant, latior tamen ejus si-  
*nificantio* nomina quandoq; admittit, unde est quod usus-  
*fructus* dicatur nominum, l. 3. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu  
*consum.* & quòd iste possit legari, non modo extraneo, sed  
*& ipsi debitori*, ad hunc effectum, ut usuræ remissæ cense-  
*Nominum* antur d. l. 3. Vir summæ eruditionis Struvius E. 12. tb. 39.  
*verus est* ac cum eo plurimi, imò fere omnes, quanquam quasi u-  
*usufru-* sumfructum nominum dari afferant, suasq; assertiones  
*ctus.* ex l. 2. §. 1. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consum. confirmare  
*conen-*

DE JURE CIRCA NOMINA.

43

conentur, non tamen video, unde hoc proveniat. Di-  
cta enim lex, non agit de nomine, sed de pecunia, hæc  
verò longè inter se sunt diversa, cum nomen denotet  
jus exigendi id quod debetur, pecunia autem, quæ regu-  
lariter in nomine continetur, ipsum illud, quod debetur:  
hæc quasi, illud verum admittit usumfructum, quem  
admodum quilibet intelligit, usumfructum non esse  
idem, quod sunt ipsi fructus, cum sit jus fruendi & perci-  
piendi fructum rei, adeoque & obligationem seu nomeū  
aliud quid esse, quam rem in obligationem deductam.  
Nec invertit hæc nostra sententia veri ususfructus natu-  
rata, qui definitur ab Imp. pr. f. de usufr. quod sit jus alienis  
rebus utendi salva rerum substantia, si ergo cuidam concessus  
usufructus nominis, qui consistit in perceptione usur-  
rum d. l. 3. quis ambigat, nomen seu jus exigendi sortem  
principalem non manere integrum salvum, illæsum?  
Ut eo clarius hoc innotescat, exemplum apponam:  
Sempronius mihi debet 1000. ratione quorum quotan-  
nis fructuum seu usurarum loco percipio 50. Imperia-  
les, hunc usumfructum, seu hoc utendi debito jus con-  
stituo Cajo, num nomen hoc, seu jus creditori adversus  
debitorem competens, etiam si per totum vitæ tractum  
hunc fructum percipiat Cajus, quodam modo redditur  
deterius, aut substantia non manet salva? adeoq; exinde  
evidenter appareret, verum nominis esse usumfructū, quasi  
usufructū pecuniæ, v. g. do Cajo 100. florenos ea condi-  
tione, ut iisden utatur fruatur, ac finito usufructu tantum  
dem restituat, hoc casu, quanquā pecunia, non ut vinum,  
oleum, rumentum utendo vel permutando absumatur,  
atramen spectato eo, qui utitur, ea alienando, vel ex-  
pendendo, vi ipsa usufructuario consumitur & perit, per  
consequens quasi usufructui subjecet. Adde, quod in  
priori casu jus, ratione debiti competens Creditori ma-  
neat, ipsum debitum penes debitorem meum resideat,

F 2

jus

ius demum utendi in Cajum transferatur, posteriori ve-  
rò in casu & pecunia & jus ea utendi in Cajum transeat.

## SECTIO III.

NOMINA CUJUS SINT IN BONIS ET AN  
SINT MOBILIA VEL IMMOBILIA AN VERO  
TERTIAM SPECIEM CONSTITUANT.

## G. I.

**S**equor jam filium Justiniani, quem in componendo  
hoc opere me observaturum §. 2. *Sect. 1.* pollicitus  
sum: ubi primus nodus, an, & cuius sint in bonis  
nomina. Quod ut cognoscamus, distinguendum erit,  
inter id, quod in dominio, & quod in patrimonio, vel,  
quod idem, in bonis est. Hoc dicitur, non modo id,  
quod actu in patrimonio existit, sed etiam, quod per actionem  
peti, & per exceptionem retineri potest, *l. 52. de acq. rer. dom.* nam rem habere intelligitur, qui actionem  
ad eam petenda n habet, *l. 15. de R.* & non autem id illicè  
erit in dominio: differunt enim haec, ut latius, & strictius  
inter se, cùm & id in bonis nostris dicatur, quod nos beat,

*Nomen, & id est, quicquid in actionibus, aut bona fide à nobis possi-  
id quod in detur, non autem in dominio, quanquam nonnulli Do-  
nomine est, tores, inter quos & Giphan. ad tit. *f. derer. div.* in bonis  
utrumque esse & in dominio promiscue accipiunt, non tamen ha-  
in credito- bent, quo se defendant, & si vel unicam legem *49. de V. S.*  
vis bonis inspicias, multa minus probanda eos afferere invenies.  
est. Fiat jam applicatio, recepta eadem, quam §. ult. *sect. 2.* de-  
dimus, distinctione inter ipsum nomen, & id, quod in no-  
mine est, puta rem debitam. Quicquid in nominibus est,  
id non tam in debitoris quam in Creditoris bonis esse,  
perspicuum est, huic enim competit actio, huncque beat,  
& ditionem reddit. Quod confirmo Autoritate Cicero-  
nis, qui creditam pecuniam, quam æ alienum dicimus,*

ad

ad suos nummos refert *Cic. in Verr. 9. à princ. in suo ære,*  
*addel. 213. §. 1. de V. S.* ubi æs nostrum dicitur quod alii nobis debent. Nec infringit sententiam nostram, quam secus sentientes afferunt, *l. 9. ff. rem pupilli salvam fore.* exindeque deducunt, quod nomina in bonis non sint, ex eo, quod Pomponius illa à patrimonio sejungat, & diversis quasi regionibus collocet: quippe verba valent usu, ut nummi, & sæpius laxiori, sæpe strictiori interpretatione veniunt, nec tamen eapropter vera eorum significatio negligenda, ita quoq; hic vox patrimonii sumitur multò strictius, ac Jurisconsultis accipi solita, unde & Theophilus vertit dominium & substantiam. Adeoque nec confirmat hoc eorum assertionem, nisi idem concessuri essent in voce dominii, quod sæpe latissimè, ut in *l. 70. §. 1. de V. S.* usurpatur. Quid? quod nec illud modo, quod pure in nomine est, bonis meis accensetur, sed & illud, quod sub conditione promissum, etiamsi nullum in id mihi jus competat, latente nimirum tanquam in utero materno obligatione ut *Carpzov. p. 3. c. 9. d. 18. num. 3.* loquitur, quoniam & illud, de quo modo spes est debitum iri, *juxtal. 73. §. 1. ad L. Falcid.* alicujus jam bonis adnumeratur, & exinde creditor censeatur *l. 42. pr. ff. de O. & A.* Si jam illud ipsum, quod debetur, in patrimonio est Creditoris, multo magis ipsum nomen, seu jus exigendi, in Creditoris bonis continetur, nec enim adest ratio dubitandi, cum nomen tanquam jus spectatum, in Creditoris tantum persona consistat, ac ex sola obligatione personali nihil aliud in eum transferatur, quam, ut possit licet, quod ex conventione præstandum, petere.

2. Prout ergò certum, ipsum juspctendi, & illud ipsum, quod petitur, patrimonio subesse Creditoris, ita quoque certissimum, quamdiu sola tantum obligatio in personam adest, nulla vero rei debitæ traditio insecura, dominium rei, ex conventione præstandæ, de-

bitori manere illæsum. Quis enim esset Dominus? non creditor, quippe, qui, ut dictum est, & inter omnes constat, nullum jushabet, nisi exigendi, & in personam petendi, accedit, quod nec pactis, nec stipulationibus,

*Nomen in dominio est interim ergo penes debitorem dominium remaneat ne- Creditoris, cesse est: nam Creditori non cedere dominium evici- res in no- mine con- tenta in dominio debitoris-*

mus, si ergo nec debitor esset Dominus, quis quaeso jura dominii exerceret? sane, vel ut in primævo statu, vel, ut res pro derelicto habita, statim cederet occupanti, nec actio daretur & debitori & Creditori ad debitam rem perendam, si forte possessione ejus cecidisset debitor: non enim à tertio possesso eam repere- ret Creditor quâ Dominus, quippe non habet dominium, nec actione quâdam personali, cum illa contra eum tantum, qui sese obstrinxit, non tertium possesso rem detur, nec denique actio daretur debitori ad rem, quam alteri debet, petendam, cum omni jure, si jus domini desit, sit destitutus. Diximus reri in nomine con- tentam, in dominio esse debitoris, longè autem absit, ut credamus, ipsius nominis dominium residere penes debitorem sed potius Creditorem, cum nomina radica- & infixa sint Creditoris ossibus, unde dominium NB impropriè sic dictum obligationis descendit, l. 22.

*l. 23. C. de procurator. l. 2. C. per quas pers. cuique acquir.*

Non quidem negem, quod plurimi Doctores nomina in dominio debitorum constituant, attamen sententiae meæ non refragantur: nam, ut toties repetitum, analo- gicè sæpius accipiuntur nomina pro ipsis debitis, quæ, si subintelligantur commode dominium de debitore prædicari posse ambabus manibus concedo, sin verò, & ut sumi debet, sensu consideremus id, rectius Creditor, quâ, debitor erit Dominus, & ut uno verbo complectar:

obli-

obligatio, seu nomen in bonis & in dominio est creditoris, res in obligationem deducta, seu nomini subjecta etiam in patrimonio comprehenditur creditoris, in dominio vero est debitoris.

3. Quibus itaque prævisis, Creditoris nimirum in bonis contineri nomina, unicuique facilè patebit, legatis omnibus bonis vel usufructu omnium bonorum, legata quoque censeri nomina, non à debitore, quippe qui nullum jus nisi dominii, ut jam satis evictum haberet, sed à Creditore, l. 37. ff. de usu & usufr. leg. l. 64. ff. de leg. 3. Legatis bona Cre- ditoris vel etiam pecunia ejus  
Quod & adeo extendendum esse arbitratur, ut pecuniâ sim- pliciter legatâ, proculdubio nomina quoque debitorum legata esse, judicandum sit, non ex ea solum ratione, quod in dubio testantium voluntates laxiorem, per l. in simplici- testamentis 12. ff. de R. J. admittant interpretationem, ter, legata sed & quod verbum pecuniae omnia bona, ac totum quoque testatoris patrimonium comprehendat, prout liquet, censentur ex l. r. l. pecunia 178 l. 97. ff. de V. S. & in l. 222. eod. ex nomina.

presse, dicitur, quod pecuniae nomine, non solum pecunia numerata, sed omnes res, tam soli, quam mo- biles, tam corporales, quam NB. jura contineantur, quanquam in eo non dissentiam, à Matth. Welenbecio part. 6. consil. 263. n. 1. 3. quod, cum ex communis lo- quendi usu solum pecunia verbum, eam saltem pecu- niā, quae in promptu est, & singulis momentis nu- merari potest, denotet, ejusmodi legatum aliquatenus sit restringendum, præprimis, si legans homo sit illi- teratus & jurium ignarus, qualiter rustici, feminæ, & talis, cui jus ignorare permittitur.

4. Alia vero ratio est, legatâ pecuniâ paratâ (Bgar- schafft oder Baargeld) quo nomine solam pecuniam numeraram in cistis & loculis repertam indigitamus, non vero nomen, seu jus exigendi ex alienum, ipsum quip-

quippe vocabulum denotat, eam modo pecuniam, quæ in promtu est, dici posse paratam, eleganter id deducente Besold. in thes. Præd. sub verbis Baargeld / Baar schafft. Pruckm. vol 2. consil. 5. num. 150. & seqq. cui ad datur lex 64. ff. de leg. 3. Nec obstare videtur, quod adversarii nostri afferunt, admittendam hic esse eam fictionem juris, quâ nomina debitorum, ratione actionis competentis, in bonis esse dicuntur, aut saltem recur rendum esse ad largam verborum testatoris interpretationem, cùm tamen de expressâ ipsius mente & vocula (paratæ pecuniæ) satis superque constet, & quamdiu voluntas legantis congruit, non admittendæ sint laxiores interpretationes arg. l. ab omnibus 104. ff. de leg. 1. cui accedit, quod de jure Civili semper differentia habeatur inter pecuniam simpliciter positam, & numeratam diversaque sit ratio pecuniæ numerata & pecuniæ fœneratitiae arg. l. 92. §. 1. ff. de leg. 3. ubi diversis quasi regionibus pecunia numerata, & instrumenta debitorum collocantur, & in l 78. §. 1. ff. eod. rursus à nominibus debitorum JCtus nummos distinguit.

5. Rursus exinde colligo, si debitor bonis ceslerit, aut executio in ipsis patrimonium à magistratu fuerit decreta, quòd tum prius detrahi debeat id, quod tertio debetur, cùm ex adverso, in omnia ea, quæ non solum in dominio habet creditor, sed & quæ per actionem petere potest, decernatur immisso, & executio, qualia sunt nomina, quæ creditorem tantum locupletiorem, & beatiorem reddunt, quod adeo verum est, ut nequidem ii, quibus aliâs speciali jure privilegia sunt concessa, sint eximendi, prout id indigitatur in l. an civitates 8. ff. Quodcunque univers. nom. in qua lege dicitur, non repertis rebus mobilibus & immobilibus civitatis, posse pro debitrice civitate executionem fieri in nomina civitatis, æque

*Legata  
pecunia pa  
rata, no  
mina non  
subintelli  
guntur.*

*Executio  
quoque fit  
in nomina  
à parte  
Creditoris.*

DE JURE CIRCA NOMINA.

49

æque ac in privati, adeoque eundem judicij ordinem, & executionis in civitatibus observari, ac in privatis. Ordo autem hic est, ut prius distrahanter mobilia, post immobilia, & tandem perveniat ad nomina v.l. 15. §. 2. ff. de re judicata.

6. Postquam autem ex §præcedenti secundo cognovimus, creditorem propriè crediti dominum non esse, sed potius debitorem, rei, quam alteri debet, usque dum tradita fuerit creditori, retinere dominium, facilis erit resolutio quæstionis, num argento omni legato, quod suum effet, etiam id foret præstandum, quod in credito: cùm enim suum id nemo rectè dixerit quod in actione tantum habet, cum in id tantum agere, non verò vindicare possit, secundùm legem 27. §. 2. ff. de auro arg. mundo legato ubi expressè dicit Ulpianus, quia non videtur suum duntur non esse, quod vindicari non potest. sequitur sub hoc legato non men non contineri, quippe qui jus tantum ad rem habet, quale hic loci Creditor, is, uti jam satis dictum, propriè non est Dominus, quicunque Dominus non est, non habet vindicationem, qui verò vindicatione nongaudet, rem non poterit dicere suam: Ergo creditor cùm vindicationem non habeat, rem creditam non poterit dicere suam, consequenter nec sub legato omni argento, quod suum effet, comprehendere l. 34. princ. ff. de auro arg. mundo legato & l. 27. §. 2. ff. eod.

7. Sed quid dicendum de oppignoratione? si nimirum quis omnia bona sua oppignoraverit, an nomina sunt exempta, an verò etiam nexus pignoris afficiuntur? Et respondeo cum Struvio distinguendo: Aut hypotheca generalis, vel simpliciter est talis, quando quis omnia bona sua, præsentia & futura, nullis exceptis, sub hypotheca constituit: Bey Verpfändung aller meiner Haab und nexus pignoris Oppigne- ratis omni- bus bonis

G

## DISPUTATIO JURIDICA

50

*quoque  
afficiuntur  
nomina.*

und Güter. Besold. th. Pract. sub voce Baarschafft: vel quodammodo restricta, ut, si non simpliciter bona, sed bona mobilia ac immobilia nominentur: De hoc casu inferius ad divisionem rerum mobilium ac immobilium loquendi dabitur occasio, quoad priorem verò eā sumus sententiā, ob generalitatem verborum etiam intelligi debere nomina & actiones, quae defuncto competierunt, l. 4. C. quae res pignori obligari possunt vel non: cui accedit, quod nomina continantur in patrimonio; bonis ergo pignore affectis, & ipsa nomina oppignorata sint necesse est.

8. Quia tamen ratione, quod scilicet nomina per indicium, sub nomine omnium bonorum validè oppignorentur, non immerito queritur, an nomina propriè admittant oppignorationem? Et dicerem ordinario & subtilli jure oppignorari ea non posse, propter

*Qu: anno  
minē pro-  
priè possint  
oppignora-  
ri & quid  
cum juris  
constitua-  
tur credi-  
tori.*

contrahentium tamen utilitatem sustineri ejusmodi pignus, cuius quoque sententiæ est Bachov. ad Wesenbec. quae res pign. vel hypoth. n. 1. Nec deest ratio dubitandi, multi quippe, sunt Doctores, qui debitoris mei debitorem, nullâ adjectâ restrictione, meum debitorem esse assertur: hoc si verum utique licet mihi statim, non excusso primo debitore, secundum aggredi debitorem, & tum facile concederem, nomina nullo modo oppignorati, idem enim esset, acsi meus debitator, siuum debitum mihi veller in securitatem crediti constituere, quod sane esset ridiculum, & ab omni juris ratione alienum. Vid Ant. Fabr. Dec. 5. err. 9. Verum, quoniarn debitior debitoris mei non est meus debitator, nulloque jure mihi obligatus, nisi mihi cedatnr à debitore meo l. ult. C. quando sicc. vel priv., aut principalis debitoris bona rite & recte sint discussa, quo in casu facta censemur intervenisse cessio, quā jus, secundum debitorem conveniendi, translatum est

est in creditorem, ea propter oppignoratio nominum  
juxta l. 4. C. quæ res pignori vel hypoth. oblig. poss. utique pro-  
cedit, ex quo pignore nominis transfertur in Credito-  
rem jus utile, quod est, velut cessio debitoris, cuius vir-  
tute, potest directe creditum à sui debitoris debitore exi-  
gere, tanquam si à suo debitore specialem cessionem ha-  
beret, absque eo, quod sit necessarium, prius cum debi-  
tore litem agere l. 18. ff. de pign. act. imo, usque adeò con-  
ventionem de nominis pignore defendit Prætor, ut cre-  
ditoris creditorem in exigenda pecunia praferat vero  
creditori d. l. 18. ff. de pignor. act. &, quod adhuc magis est,  
discussionem nequidem esse necessariam agere volenti  
in nomen debitoris sui, sibi sub pignore obligatum, adeo-  
que exceptionem non factæ excursionis agere volenti  
objici non posse, plurimi Doctores asserunt, quos inter  
Bart. adl. 18. ff. d. Pign. act. Guid. Papæ decis. 432. n. 13. Antonius Tescuatorus dec. 51. in fine, & alii decisionum foren-  
sium Autores, quamquam etiam non pauci sint, qui ab  
hac sententia recedant, in quibus. Jac. Cujacius in com-  
ment. ad l. 30. ad edict. in explicat, l. si convenerit 18. ff. de  
pignorat. actio. commoti autoritate l. 4. C. quando fiscus &  
priv. quæ vult, non prius ad eos, qui fisci debitoribus  
obligati, actionem fiscalem extendi oportere, quan-  
do principales rei inidonei fuerint reperti, multò minus  
adeoque, id concedi privato, si nequidem fisco, qui tacita-  
m habet hypothecam in bonis debitoris sui, id liceat.  
Verum responderet iis Antonius Faber, Dec. 5. err. 9. n. 6.  
distinguendo tacitam inter & expressam hypothecam.  
Tacita hypotheca à lege alicui in gratiam conceditur, ne  
scilicet periclitetur aut damnum sentiat, jam verò nullo  
modo in damno fiscus potest esse, si debitor ipse sit sol-  
vendo, hunc ergo prius excutere debet, antequam de-  
bitoris debitori, sit molestus; aut etiam cum Pacio ad d.

DISPUTATIO JURIDICA

52

l. 4. statuamus, fiscum quandoque melioris, quandoque deterioris esse conditionis ac privatum: melioris, quod habeat tacitam hypothecam in bonis debitoris sui, destituto eâ privato, deterioris vero conditionis, quod prius debeat excutere principalem debitorem juxta d. l. 4. ac, non nisi in subsidium, si debitor non sit solvendo, agere possit per l. 47. in pr. ff. de jure fisci, cum è contrario in privati arbitrio sit positum, utrum malit prius uti personali actione contra debitorem, an vero persequi pinguis, directè agendo contra debitoris debitorem l. 10. l. ult. C. de Obl. & a. t.

9. Oppignoratis itaque nominibus, quæ nam tum Creditori contra secundum debitorem dabitur actio? Diversi in eo sunt Doctores, utrum actio utilis in personam, an vero in rem, vel hypothecaria. Prior quidem non destituta est suis fautoribus, Accurcio, Cujacio &c. & frequentiori Doctorum calculo recepta ac approbata, videtur tamen, quanquam expresse nil decidi poslit ob inopiam expressarum legum, posterior opinio proximus rationi juris accedere, arg. l. ult. C. d. O. & A. & quidem ex ea ratione, quod utilis actio de jure veteri non detur, nisi cessia fuerit, vel mandata, & quamvis hic, per ejusmodi oppignorationem aliqualis etiam cesio juxta §. precedentem induci poslit, satius tamen duco, ut strictis vocum significationibus, quam diu sensus id commode patitur, inhæramus. Insuper confirmat opinionem meam d. l. 18. ff. de pignor. a. t. ubi creditor cum debitoris debitore jure pignoris agere dicatur, verbis, erit tibi pignoris loco, adeoque hypothecariâ. Nec facit ad eldendam sententiam nostram, quod leges, mentionem semper faciant utilis actionis, per hanc autem intelligi actionem personalem: quid enim quas so usitatus, præprimis in materia pignoris, quam, ut utilis actio pasim accipiatur pro hypothecaria, quæ fere semper utilis Serviana nuncupatur? vid. l. 4. C. Quæ res pign. obl. poss. Et ita de hac utili quoque actione sentit Mudæus in tract. de pignoribus Add. Negulstant tract. d. pignor. & hypoth. p. 8. m. 2. n. 1.

10. Devenimus jam ad distinctionem rerum mobilium ac immobilium, ubi in extricabilis fere labyrinthus est, quorum

*Oppignora-  
tis nominis  
bus, que-  
nam tum  
creditori  
competat  
a. t.*

sum spectent nomina. Quilibet enim labens confitebitur, ea  
requisita, quæ abesse non possunt à re, vel mobili, vel immobili,  
à nominibus plane esse aliena, sic, verbi gratia, res mobilis  
est, quæ natura & jure de loco in locum integra & salva mo-  
veri, & commode transferri potest (faarendes Haab) quis verè,  
amabò, id de nominibus, quæ in jure constitunt affirmabit?

cum jura tantum in sensu à posteriori, id est ab exercitio in  
currant: ex adverso res immobilis dicitur, quæ citra rei cor-  
ruptionem de loco in locum moveri & transferri non potest,  
quod tamen nullatenus de nominibus poterit prædicari: ad-immobilia,  
hæc mobilia & immobilia sunt visibilia, corporea, palpabilia, & quando  
hæc autem invisibilia, incorporea, impalpabilia, J. de tit. tertiam spe-  
rebus corpor. ac incorp. cùm jus, quod in corporale est, manu  
apprehendit non posse, ut dicit Quintilianus l. 5. c. 10. nec ullo  
loco circum scribatur I. Caius 86. in pr. de legat. 2. l. uxorem 41. §.  
legaverat 6. de leg. 3. Huc multum confert, quod leges, quæ ta-  
men certum quid statuere debuissent, adeo in distincte de mobi-  
libus, immobilibus, & juribus loquuntur, ut mox legem inspicias,  
in qua nomina mobilibus accensentur, ubi tamen altera lex ea  
immobilibus adnumeret, mox legem invenias, quæ tertiam iis,  
& peculiarem speciem attribuat, util. à Divo. 15. §. 2. de re jud. l. ad  
eum 35. in pr. ff. de donationibus: Ubi nomina & mobilia, ut diversa  
ponuntur & in l. 1. C. de prætorio pignore dicitur, non solum super rebus  
mobilibus & immobilibus, sed etiam super actionibus, cùm è contrâ l. 2. pr.  
vs. mobiles C. quando & quibus quarta pars. 10. mobilium loco ea ha-  
beri velit. Has ad leges conciliandas, multi à longe jam tem-  
pore studia ac operas suas contulerunt, unde tot fere sententiae  
descenderunt, ut magis obscuraturæ sint disputationem no-  
stram, quam illustraturæ: Hæc mea: aut non necesse est, ut uni  
bonorum specie adjudicentur nomina, & tum tertiam bonorum  
constituunt speciem, ut deinceps ex exemplis apparebit, aut verò  
necesse est, ut de nomine judicetur, tanquam de re mobili &  
immobili, & tum res mobilis erit nomen, si competit ad rem  
mobilem, si ad immobilem, immobilis: e. gr. si duos hæredes in-  
stituerem, alterum, bonorum mobilium, alterum immobilium:  
hoc casu necesse erit, ut disceptetur, ad quod genus bonorum  
referenda sint nomina, & quæ ad res mobiles tendunt nomina,

G 3

ad.

ad hæredem bonorum mobilium pertinebunt, illa verò, quæ ad immobiles, ad heredem bonorum immobilia; penes quem enim remanerent nomina? non enim pervenirent ad institutos hæredes, ex eo, quod ignoraretur, cuinam essent addicenda, nec denique hæredes ab intestato iis potirentur, cum testator jure communi non posit pro parte testatus, pro parte intestatus decedere.

**II.** Sed videamus id pluribus, & quidem primum eam, speciem, ubi separata à mobilibus & immobilibus sunt nomina, quam statim animadvertisimus in donatione: quippe, si quis donaverit omnia bona sua, nullum sane est dubium, quin nomina subintelligantur, cum nomina sint in bonis, ut latius antè deducimus: Si verò nominentur tantum in donatione mobilia & immobilia, anne tum jura & actiones continetur? Et com-

*In donatione inter vi-  
bos & mor-  
tis causa do-  
natione sub  
nomine mo-  
bilium &  
immobilium  
nomina non  
continetur.*

muniter id à legislatoribus nostris negatur, idque jure: verba enim donantis stricte in hac materia sunt accipienda, ac necessitate non est, ut vel mobilibus vel immobilibus hīc loci nomina accedant, cùm possint remanere penes donantem, qui se jam satis liberalem exhibuit, quod omnia sua mobilia & immobilia continentur. in donatarium transtulerit, ut necesse non sit laxiori verborum ipsius interpretatione ulterius donantem gravare. Sic quoque, si bona sua mobilia vel immobilia mortis causā quis donaverit, videtur sibi reservasse jura, nomina & actiones Hart. Pistor. p. 1. quest. 26. num. 10. Jacob Schult. in addit. ad Modest. Pistor. p. 3. quest. 124. n. 9. quare, si postea de hisce juribus & actionibus testamento testator nō disposuerit, donatario hæc non accrescunt, sed ad hæredes ab intestato spectant, quemadmodum ita decisum refert Carpzov. p. 3. c. 2. def. 2.

**III.** Idem obtinet in legatis: si quis enim aut omnia mobilia aut omnia immobilia alteri legaverit v. g. si testator di-

*Idem con-  
tingit in le-  
gatis & op-  
pignoratis  
omnibus  
mobiliis &  
immobili-  
bus.*

xix: Ich vermache Sejo mein saarendes Hab und häusliches Eigenthum oder meine liegende Grunde nomina debitorum sane in iis non continentur, ex eadem supra allata ratione, quod necesse non sit, ut in legatarium etiam nomina transeant, remanere enim hæc possunt penes hæredem, pro quo etiam adhuc militat præsumtio, quod, nisi de enixa testatoris voluntate

Iunctate constet, benignior semper fiat interpretatio pro hærede, quem testator non præsumitur nimis onerare voluisse, cùm eum ita dilexerit, ut successorem universalem omnium, quæ habuit in patrimonio, eum nominaverit: arg. l. 67. §. 8. d. Leg. 2. Nulla adeoque est necessitas, cur in hoc legato, nomina alteruti speciei accenseri debeant, atque hoc legatum adeo ampliari, sed satis est ita defuncti mentem interpretari, quæ voluerit penes hæredem remanere nomina: Alii Doctores simpliciter hanc modo addunt rationem, quod ea ad res incorporales, quæ nec mobiles nec immobiles, referantur. l. 15. §. 2. de rebus. quod sane unicuique notissimum, interim justam rationem negligunt, quare scilicet hæc loci eximantur, alio verò in loco iis adnumerentur. Eadem, quæ hæc obtinent, observanda quoque erunt, si debitor mobilium & immobilium tantum, in oppignoratione fecerit mentionem, quapropter ulterius hoc dilatare supersedeo, cùm videri laxius de eo possint. Negusant P. 2. m. 2. n. 9. Faber in Cod. 8. t. 6. def. 4. Et alii, quanquam ab hac sententia recedant Bachovius, Franzkius, Carpzovius, quorum tamen hic addit causam, quare à communi jure recesserit, scilicet, quod in terris Electoratus Saxonici, propter claram Illustrissimi Electoris sactionem in Ord. Nov. Proc. judic. tit. 46. §. ferner die nomina, sub hypotheca generali bonorum mobilium ac immobilium, nomina etiam comprehendantur; adeoque specialia jura ac statuta juri communi derogent; alias ipse confitetur, de jure communi aliud esse dicendum.

13. Quenadmodum autem Jus Saxonum Eleazorale in oppignoratione mobilium ac immobilium à jure communi recessit, sic itidem jus commune dereliquit in adjudicandis marito nominibus. Qaum enim defuncta uxore maritus superfitles lueretur mobilia in foro Saxonico *Landrecht lib. 1. Cùm de jure Saxon. E-*  
*art. 31. lib. 3. art. 46.* multum controvertebatur de nominis *l. 2. mari-*  
bus & creditis, plerisque ea, si vivente adhuc uxore dies soluti*tua in omnia*  
onis venerit, una cum reliquis mobilibus marito superfit*mobilia u-*  
ti assignantibus, secus, si dies solutionis nondum venerit. *xoris succes-*  
dat, conse*guitur quoq. -*  
pro-*nominis.*

## DISPUTATIO JURIDICA.

provinciis Electoratus Saxonici: nimurum, ut pecunia uxoris credita, das ausgeliehene Geld / indistincte marito cedat, siue pure sive in diem debeatur, sive dies solutionis venerit, nec ne das Geld sey mannhafft / betaget oder nicht / Schult. in ad- dir. ad Modest. cum tamen de jure Civili dicendum, non ne- cessario requiri huc, ut mobilibus adjudicentur, sed commo- de tertiam speciem constituere, adeoque non ad maritum, sed ad haeredes ab intestato devolvi. Carpzovius quidem ea est sententia, extendendam hanc esse exceptionem ad jus commune Saxonicum, ex ea ratione, quod, si ad alterutram speciem nomina omnino referri debeant, quod tum pro mo- bilibus habenda, si competant ad pecuniam, quae per se res mobilis est, Nov. 22. c. 45. Quod sane lubens concedo, modo demonstret Carpzovius ejusmodi prægnantem necessitatem adesse, ut vel mobilibus vel immobilibus adjudicentur; quid enim impedit, quod minus juxta commune jus Civile, ea ha- redibus ab intestato relinquamus, non vero marito? si enim hoc appareret, tertiam speciem admitti hic non posse, sane nemo negaret, ea nomina, quae ad pecuniam competit, defuncta uxore, marito superstiti cedere, perinde, ac pecu- niā numeratam, vigore scil. statuti Saxonici, quo maritus omnia uxoris defunctæ mobilia lucratur.

14. Sed utrum in nominibus venditis retractui sit lo-  
cus, de eo inter Doctores non satis convenit. Tiraquellus

*Jus retract. etus in no- minibus lo- cum non in- genit.* §. 1. Gloss. VII. cumque eo alii affirmativas sustinent partes, quibus tamen non immerito alia autoritates, majori ratione fulcituræ opponuntur. Retractui enim, uti satis notum, obnoxia tantum sunt immobilia, nullatenus vero mo- bilia Berlich. 2. c. 39. n. 86. Reinking. q. 3. Zxf. n. 76. & seqq. jam vero, quotiescumque necesse non est, ut uni speciei ad- dicantur nomina, tum tertiam merito constituent speciem, ac nec mobilibus, nec immobilibus adnumerantur, at vero, si nec mobilia, qualiter jam demonstratum est, juri retractui sunt subiecta, multò minus nomina, quae à mobilibus & im- mobilibus separata. Nec obstat Tiraquelli Autoritas: Is e- nem interpretatur consuetudinem Galliz, quae plus continet,  
quam

## DE JURE CIRCA NOMINA.

57

quam jus commune quod appetet ex iis quæ addit Tiraquel-lus: ou autres choses censées pour immeubles. Huc maximum pondus afferatur, quod jus retractus sit strictissimi juris, quod non ulterius extendendum, quam expressis legibus sanctum, id que non sine ratione, cum gravis sit injuria, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti l. 1. C. comm. divid. l. nec emere 16. C. de jure deliber; quæ ratio quoq; commovit Imp. Theodosium & Arcadium, quòd constituerint, ut unusquisque suo arbitratu, emtorem etiam penitus extraneum quærere posset, l. dudum 14. C. de contr. emt. cum retractus, prout Molinæus, sur la contûme de la marche art. 282, inquit, sit quædam gratia, contra jus commune introducta & concessa.

15. Diversa tamen ratio datur, quando queritur, secundum cuius loci jura in nomina succedatur: quoniam enim necessario requiritur in successione, ut vel mobilia sint nomina, vel immobilia, sequeretur, quod si nomina tenderent ad pecuniam, quod tum in illa succedatur, quemadmodum in res mobiles, sin verò ad res soli, quod tum ea, quæ fit in immobiles, obtineat successio, quod tamen à jure nostro est alienum. Etenim, nomina & jura semper ex conditione creditorum legem accipiunt, eos sequuntur, ex eorum personis estimantur, eorumque oslibus adeo tenacissime inhærent, ut neutquam ab iis separari possint, consequenter legibus domicili eorum, quibus adhærent, subjiciuntur, sive sunt mobilia, sive immobilia nomina: nec refert, utrum defunctus in loco, ubi nomen reliquit, etiam bona immobilia habuerit nec ne, sed utroque in casu, in successione nominum statuta domicilii attendi debent, ut disputat Hartm. Pist. obs. 55. n. 7. contr. Alexandr.

16. Vidimus hoc usque, quibus in causis nomina à mobilibus & immobilibus suparentur, quidque juris tum in iis obtineat, quibus adhuc plures causæ addi potuissent, modo instituti ratio, qua brevitatem suadet, id exigisset: ponde remus jam nonnullos casus, in quibus vel mobilibus, vel immobilibus adjudicentur, oportet. Sic verbi causa, quando minor vendit nomen, tum sanè ad certam bonorum vel mobilium.

H

bili-

*enjus loci  
jura in no-  
mina succe-  
datur.*

*In aliena-  
tione rerum  
pupillarium  
nomina sunt  
vel mobilium  
vel immobi-  
lia.*

bilium vel immobilium speciem referendum erit, ac ita, si res fuerit mobilis, diltractio tutore autore est licita, sin verò ad rem immobilem tendat, adeoque immobilibus æquiparetur, eadem certè solennitates, quæ in alienandis pupillorum immobilibus requiruntur, adhibendæ sunt, (1.) ut probetur, subesse urgenter alienandi necessitatem, veluti, si nomina sint inutilia, aut æs alienum solvendum, (2.) ut judex cognoscatur de illa causa, & necessitate alienationis, & de ipso nomine alienando, (3.) ut decretum judicis solenniter sit interpositum, quo decernitur, nomen alienari posse, & quæ aliae adhuc solennitates pro varietate rerum publicarum singularibus legibus, vel statutis requiruntur: vid. l. 6. 11. 12. ult. C. d. Prad. & al. reb. min. Quod autem necesse sit, ut hoc in casu, alterutris adjudicentur nomina, exinge colligo, quod nimur leges tantum in duobus his casibus prospicerint pupillo, ut mobilia, solum tutoris autoritate, immobilia, non nisi allegatis adhibitis requisitis, alienari possint: jam verò, si ad tertium quid redigerentur nomina, tum certè pupillo damnum exinde exsurgeret, si non posset petere rescissionem contractus, in quo nomina, ad rem immobilem competentia, citra debitas solennitates alienata, & vice versa, si rescissio contractus pupillo indulgeretur, vergeret id in injuriam contrahentis, ut adeoque necesse sit, alterutri ut speciei, sive mobilium, sive immobilium accenseantur.

*Idem obli-*  
*vit in dona-*  
*sione de jure*  
*Saxonico*  
*quoad insi-*  
*nuationem.*

17. Idem judicandum foret in causa donationis, de jure Saxonico. Etsi enim de jure Civili donatio bonorum, sive mobilium, sive immobilium, ubique locorum, absque omnibus solennitatibus judiciali perficiatur, dummodo infra quingentos solidos constet §. 2. f. de donat., attamen de jure Saxonico rerum immobilium donatio, cujuscunque etiam valoris, sive magni, sive parvi illæ sint, aliter non valet, quam, si coram judice facta, & actis insinuata fuerit per text. in Weichbild. art. 20. & 60. Landr. lib. 1. art. 52., jam verò ex eadem, quæ in §. præcedenti in minori, & hinc loci in quolibet donatario militat, ratione, erit concludendum: aut nomen tendit ad rem mobilem, quo ipso nulla insinuatio de jure Saxonico requiri

## DE JURE CIRCA NOMINA.

59

quiretur, aut verò ad rem immobilem, & eadem requisita, quæ in immobilium donatione, adhibebuntur. In eo tamen differunt adhuc ab immobilibus nomina; quod illorum insinuatio coram eo judice, ubi bona sunt sita, fiat, Weichbild d. art. 20. & Landr. lib. 1. art. 52. horum autem donatio, ab illo, sub quo creditor habet domicilium, judice confirmetur: illis, res ipse donatae ex causa donationis transferuntur in donatarium, hsc jus tantum ad res donatas petendas ceditur.

18. Sequitur jam usucatio nominum, quæ in eo iterum à jure communii recedit, quod nullatenus mobilium & immobilium distinctio, sed tertia tantummodo species admittatur, Nomina & usucapiuntur ut tertie prescr. 30. annorum. iisque, ad quæcunque etiam competant, spaciū spemper 30. annorum concedatur, quia personam afficiunt l. sicut. 3. C. de quadam usucapi jura plane non poterant, eo, quod posideri, utpote res incorporeas, non possent, l. 43. §. 1. de acquir. rer. dom.; deinde JCtorum interpretatione est introducta usucatio, quid quasi possessio eorum sit, adeoque ad exemplum rerum corporalium biennio usucapi cœperunt: Justinianus tandem, transformata usucapione, eaque cum longi temporis præscriptione confusa, constituit, ut non minus res incorporeas, quam corporales possint ipso jure Civili, citra tuitionem Prætoris usucapi, l. 12. C. de prescr. long. temporis.

19. His ita prævisis, videamus iam requisita præscriptio-  
nis, eaque ad nomina applicemus: primo enim, ut valide  
quis posit præscribere, requiritur, ut in bona fide sit consti-  
tutus, id est, ut non aliter sentiat, ac sibi competere jus  
exigendi debitum, [2.] ut adsit titulus. Prout autem in  
rebus Corporalibus requiritur verus, sic in incorporalibus  
præsumptus sufficit titulus: inducit scilicet patentia ejus, ad  
quem nomen, seu jus petendi pertinet, altero nec vi, nec  
clam, nec precariò jure exigendi per longum tempus utente,  
præsumtam scientiam, & ex præsumta ista scientia, venit  
præsumptus aliquis titulus, vel præsumpta concessio ejus, qui  
patitur. l. 10. ff. si servitus vindicetur, l. ult. ff. de Servitut.: (3.)  
tempus lege definitum, quod regulariter est 30. annorum. l. 3.  
Requisita usucapionis nominum.

H 2

C. de

*C. de prescr. 30. vel 40. annorum, cum omnia jura & actiones Civiles, personales, sive ex conventione, ut actio commodati, depositi; negotiorum gestorum, sive ex delicto, ut actio furti in duplum, actio ex L. Aquilia, descendant, hisce temporibus expirant, quanquam & saepius longius tempus detur, si nimurum præscriptioni longissimi temporis subjecta sint nomina, utpote, cum defectus adit, qui consistat in titulo, quique impedit, quo magis usucatio procedat, ut, si nomina absque scientia & patientia alterius per longissimum tempus exercuerimus Gebhard. c. 4. §. 4. n. 1.2.3.5. Add. Gilken. d. Usuc.*

*P. 2. m. 3. c. 12.*

**20.** Ab hac tamen nominum præscriptione probe se-jungenda erit præscriptio debiti: quamvis enim præscriptio debito, definit quoque nomen seu jus exigendi, & vice versa, præscriptio nomine, usucaptionem quoque sit illud ipsum, quod in nomine continetur, longo tamen intervallo inter se differunt: debitum quippe, seu illud ipsum, quod in nomine est, præscribit debitor, dum per tantum temporis spatium, quantum ad elidendam actionem requiritur, non fuit monitus de debito, è contrario nomen usucapit alter, extraneus scilicet, exigendo, nec vi, nec clam, nec precario id, quod merito illi, contra quem præscribitur exigendum fuisset: priori in casu debitum non solum respectu ejus, qui ob negligentiam jure suo cecidit, sed in totum expirat, ac nullum manet debitum, hoc autem in casu, debitum quidem definit ratione illius, contra quem currit præscriptio, non verò in totum extinguitur, sed debitor manet obligatus, & alium modo creditorem nactus censetur, ut adeo notabilis inter usucaptionem debiti & præscriptionem nominis facile apparat differentia. Hoc tamen expediti juris est in præscriptione, quod non prius incipiatur, quād actio Creditori fuerit nata ad nomen exigendum, id est, competere inchoaverit, quia omnis præscriptio in prenam negligentia est introducta, atque qui verò ubi actio nondum competit, nulla adhuc dum adest negligentia, unde nec valenti agere merito nec currere præscriptio, l. 1. §. 2. C. de annali exceptione Italicis contractus.

Quem-

*Alia à præ  
scriptione  
nominum  
est præscri-  
ptio debiti.*

*Quando  
præscriptio  
debiti inci-  
piat currere.*

Quemadmodum enim is, qui in diem debet, ante diem solvere non tenetur, sed totum illud tempus arbitrio solventis relinquitur, t. 41. §. 1. l. 42. ff. de Verb. obl., adeò, ut, si Creditor nihilominus petat ante diem existentem, tanquam pluris pectorum duplum temporis expectare temeatur, §. 20. f. de Except. ita sane iniquissimum foret, ut nihilominus currat præscriptio debiti, cum nulla adhuc actio detur Creditori, & non entis nullæ sint qualitates, arg. l. 1. f. comm. prediorum. Nascitur autem Creditori actio, con sequenter præscriptio debiti currere incipit, non à die scripti chirographi, sed, vel à tempore solutioni destinato, vel post congruum aliquod intervallum, quo nimurum debitum exigi potuit. Carpzov. 1. r. 33. n. 16.

21. Quemadmodum verò nec incipit currere præscriptio debiti, antequam jus natum, ita & impeditur, quo magis currat, si vel jus meum absente scilicet debitore, vel alio impedimento accedente, exercere non possum; vel etiam ex privilegio singulari concessum, ut, etiam si jus petendi sit salvum, tamen præscriptio dormiat, uti id legimus in Rec. Imp. de a. 1654. verbis: *So viel nun die Capitalia anlangen/ sollen erlich dieselbe einen jeden Creditori unverfchri/ und ohn einige Abfürzung richtig verbleiben/ und hier wieder keine præscriptio oder Verjährung wegen der bey wehrenden Krieg unterlassener Forderung der Zinsen oder Capital angezogen werden/ noch gelten: quibus tamen in casibus priora, si quæ illud impeditumentum præcessere, tempora cum sequentibus junguntur ad præscriptionem debiti implendam.*

22. Et hæc sunt, Benevole lector, quæ tam brevi opere de nominibus proferri potuerunt, antequam tamen ultima manus imponatur, id adhuc agemus, ut ritè possessio nominum discutiatur. Quoniam enim res corporales veram solummodo possessionem admittunt l. 3. pr. ff. de acq. vel omis. renda pos-  
ter. dom. idem repetitur, verbis, *Incorporales res traditionem & usurcationem non recipere manifestum est, quibus addatur l. 32. §. 1. ff. de*  
*s. P. 3.*

*S. P. V.*, meritò dubitatum fuit, an, & cui nominum possessio esset adjudicanda; At expediti juris est, quamvis verè possideri nequeant, analogicam tamen, & quasi possessionem iis competere ex l. 1. ff. de servitutibus, uti id ulterius videre est ex iis, quæ Innocentius in c. in literis 5. ext. de restit. spoliat. refert, quem etiam sequitur Bald. in l. 1. n. 7. in fin. C. de servit. & aqua ubi dicit, rerum incorporalium eodem fere modo acquiri, ac rerum corporalium possessionem, corpore scilicet, & animo, vel potius facto, ac animo, immo plura exigui in analogica, quam in vera constituenda possessione. Sic primò requiritur animus acquirentis possessionem, qui appetitur, vel acceptando chirographum, in quo nomen mihi constitutum continetur, juxta Carpz. 1. Resp. Elect. 4. ac legem 32. §. 1. ff. de *S. P. V.* vel exercendo directo jus mihi competens l. f. ff. de Servitutibus, cuius tum ad exercitium, congruus actus corporalis necesse est, ut in servitutibus requiratur usus servitutis eundi, pascendi; in jurisdictione, exercitum jurisdictionis, ita in nominibus, exactio illius, quod mihi ratione nominis exigendum competit. Porro ad acquirendam possessionem nominum requiritur, ut exercens hujusmodi exactiōnem, in qua hujus juris exercitium constitit, intendat uti tanquam jure suo, non tanquam alieno, vel ex gratia concessō, aut jure familiaritatis vel amicitiae l. f. ff. quemadmodum servit. amitt.

23. Quemadmodum in §. præcedenti diximus, ad similitudinem rerum corporalium, nominum possessionem acquireti, ita quoque animo & corpore, id est facto, seu exercitio juris, & animo retinetur. Et hoc est, quod gl. in l. 2. sup. verb. interdictis C. de servit. & aqua, inquit, per continuationem usus retineri servitutem, sive ipsem utatur, sive alius ejus nomine sit in possessione, qui exigat id, cuius exactio ipsi competit l. 20. cum tribus seqq. ff. quemadmodum serv. amitt. adhuc solo animo conservatur etiam nominum possessio, ad exempla aliorum jurium, v. g. ususfructus, arg. l. 12. §. 3. ff. de ususfr. quia ratione enim, inquit Ulpianus, retinetur à proprietario possessio, etiam si in fuga sit servus, pari ratione etiam ususfructus retinetur: ex

*De retinen-  
da eorum  
possessione.*

ex quo porro concludendum: qua ratione ususfructus retinetur, eâ quoque ratione jus nobis constitutum, puta nomen, conservatur. Nec enim unquam jura possideremus, si eo tantum tempore, quo actu jus nostrum exercemus, foremus in possessione, non vero animo possessionem eorum retinere liceret.

24. Similiter sit turbatio in nominibus, æque ac in aliis rebus incorporalibus, earumque quasi possessione, vel, jure alteri competente in præjudicium illius utendo, aut, exempli causa, prohibendo & impediendo, quo magis Cajus jure sibi constituto utatur, & tertio demum cessando in prætatione ejus, quod ex jure quodam alteri, jus possidenti, debetur. Menoch. n. 484. & seqq. ret. rem. 3.

25. Ultimo queritur, qualiter quasi possessio jurium incorporalium, consequenter nominum amittatur, præfertim <sup>Quomodo amittatur</sup> quoad hunc finem, ut præscriptio interrupatur. Itam <sup>nominum</sup> quætionem movet Bartolus in *L. naturaliter ff. de usucap.* quem possessio referunt Panorm. & Canonista in cap. illud. 8. ext. de præscript. ubi asserunt, non modo jurium, fundo debitorum, amissione fundi, interverti possessionem, sed etiam tum, quando ille contra quem præscribitur, impedit præscribentem uti servitute vel jure. Cum enim in incorporalibus, quasi possessio nihil aliud sit, quam patientia adversarii, quippe servitudes, uti Baldas loquitur, traduntur patientia, debentur officio judicis, statim ubi quis definit pati, interrumpitur quoque juris quasi possessio, secundum Bartolum in *L. naturaliter*, & Panorm. d. c. illud autem. Denique amittitur nominum possessio, non utendo jure, etenim per negligentiam aut absentiā amittitur non tantum quasi possessio juris, sed etiam ipsum jus, accidente legitimo tempore ad præscriptionem requisito, de quibus supra ad materiam usucaptionum latius egimus; quapropter h̄c subsistimus: Summo interim Deo

T. O. M. cui omne, quod in me est, acceptum fero,  
sit laus, honos, & gloria in sempiterna secula.

F I N I S.

## COROLLARIA.

1. Filio juste exhaeredato & post mortem Patris adhuc superstite; ne pos tamen nonnunquam rumpere potest testamentum avi.
2. Filius familias de peculio adventitio extraordinario testari non potest.
3. Exceptio non numeratae pecuniæ post biennium in totum exspirat.
4. Distinctionem inter latam culpam versutiæ & dolum nullatenus admittimus.
5. Depositum in specie sic dictum proprie tantum esse rerum mobilium asserimus.
6. Cura legitima regulariter non datur.
7. Mare occupari potest.
8. Cessione extranco facta ususfructus redit ad proprietarium.
9. A delata modo tutela appellari non potest.
10. Legitimæ ne quidem conditionem potestativam adjici posse defendimus.
11. Universitatis nomen in uno servari ac retineri potest.
12. Lex positiva obligat quoque in conscientia.
13. Recitatione Orationis Dominicæ aut usū sacræ synaxeos non remissa censetur injuria.
14. De Jure Civili meretrici pecuniam dans solus turpiter agit.
15. Suspensio furis J. N. non est contraria.






Bremen, Diss., 1640-1714


f



sb.

WDA





DISPUTATIO JURIDICA VALEDICTORIA  
DE  
**JURE CIRCA  
NOMINA,**  
QUAM  
Summo Numine adstante  
Sub umbone  
*Viri Nobilissimi & Consultissimi*  
**HENRICI COCCEJI,**  
J. U. D. & in illustri Bremensi Atheneo Ejusd. Facult. Profess. Ord.  
Celeberrimi.  
*Publico eruditorum examini exhibet*  
**FRANCISCUS MEYER,**  
Brem-Saxo  
A. & R.  
*Ad diem Martis III. Oct. b. l. q. s.*

BREMÆ,  
Denuo recusa 1717.